

Bibliothèque numérique

medic@

Baillou, Guillaume de. **De  
convulsionibus libellus**

*Parisiis : apud Iacobum Quesnel, 1640.*



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)  
Adresse permanente : <http://www.biium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?05951x04>

4

G V L I E L M I  
**B A L L O N I I**  
MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI  
DE CONVVLSIONIBVS  
LIBELLVS.

In quo solennis Quæstio explicatur,  
*Cur sauciatis dextrâ capitî parte Convulſio ſanæ partis  
contingat.*


Editore M. IACOB O THEVART,  
Doctore Medico Parisiensi.


*Nullum capitî vulnus etiam leue deficiendum.*



P A R I S I I S ,  
Apud IACOBVM QVESNEL , viâ Iacobæa ,  
sub signo Cochlear , & Columbarum .

M. DC. XL.







BENEVOLO LECTORI,  
**GVLIELMVS**  
 DE BAILLOV,  
 Doctor Medicus Parisiensis.

ET PRATTEIN.



*NGENVI hominis esse puto, si quid  
 peccarit, negare nolle, sed ulro etiam fateri,  
 & id deprecari. Humanum est peccare:  
 & is inhumanior videatur, vel qui aliquid  
 humani à se alienum putat. At ipsa peccati  
 negatione tacita quedam voluntas, & ad peccandum pro-  
 pensio includitur. Gnauiter impudentem non voco eum qui  
 aliter faciat, licet pudoris limitem egrediatur. Et id quidem,  
 ne quid acerbius de eo dicam. Contrà, erranti ipsa con-  
 fessio medicina est. Medicina quidem, quòd labem, quā  
 aspergi possit, facile eluat. Immò ante diluat, quām de illo  
 errandi opinio in mentibus hominum, dicta factāve aliorum  
 non sat benè interpretantium, radices egerit. Dummodo fu-  
 cus non fiat, nec vana excusatio prætexatur, quæ latentis præ-  
 uaricationis opinionem facere possit. Id autem est vetera-  
 toris, non hominis ingenuitatem præ se ferentis. Ad eam  
 rationem componere me in animo est. Nam si quid hoc scri-  
 ã ij*

## AD LECTOREM.

bendo libro peccatum est, & peccatum est, agnosco crimen, amplector etiam, ipse me mea confessione induo, ut ne quis hunc fælicem errorem de industria commissum mihi inuideat. Non iam peccati nomen, sed dexteritatis animi gratiam mereatur. Vtne quid obscurius dicam, tria sunt hoc loco quæ animaduerti velim, quod tribus me modis lapsus tantisper videam, donec lapsus occasionem aperiam. Primum, quod tractatio mea iustò longior sit, cum ea res præsertim agatur quæ paucioribus comprehendi possit: at,

Homerus Ilii.  
7.

<sup>επι</sup> ἀρρέως  
παῦε μδί, ἀλλὰ μαλα ληγίας.

Vt de Menelao Homerus. Optandum vero foret, ut quæ sunt φύματα, tot essent νόματα. Deinde, in hoc lapsus videri possum quod propositis vltro citroque rationibus, vix aliquid concluserim. At in conclusione operis perspicua, laus enitet maxima & relucet. Alioqui animus fluctuat, nec habet post varios rationum fluctus & impulsus, in quo tandem conquiescat. Solo Epilogo usi sumus, τὸν ἀναφαλάνων, in longo orationis tractu apprime necessariam, negleximus. Tertius vero error ille est. De conuulsione partis opposita in morituris à vulnere capitis, serio disputatum est. E re non videtur esse in questione illa tantopere desudare, que neglecta prætermis- sique nil incommodi, tractata, parum aut nihil fructus afferat. Hic nec seruit, nec metitur cuiquam. De conuulsione agitur, quæ in saucios cadit cum tenui extremaque spe salutis penderit. Id ad λογοθυδίας καὶ σορείας potius. Hi futilibus concertatiunculis altercant, oleum perdunt, fucos venditant, & suam potius infantiam declarant. Nil inde nisi inanis verborum strepitus, & anilis muliebrisque aplausus. Ad alios hęc sinistra diligentia. Ac quod oratio

## AD LECTOREM.

mea longius ambitiosiusque excurrat, quasi sine modo ac  
frenis, id paulò alienius videatur: cum alioqui magna laus  
sit brevis & concisæ orationis. At quæ nimis se effun-  
dit, & crebra fastidiosaque verborum repetitione, & re-  
rum molesta redundantia, minus leporis habet, nausea pluri-  
mum. In hoc itaque peccatum est. At hoc peccatum sponte  
commisimus, & si præmeditationi pœna decernenda est, huic  
decerni debet. Id autem fecimus, partim ut præuaricationis  
crimine careremus, partim ut calumniatoris dentem effugere-  
mus. Ac de præuaricatione quidem. Quoniam hoc libro  
varias variorum rationes attulimus, nec non coniecturas no-  
stras (quas in hac vmbratili armorum meditatione cum pre-  
claris rationibus voluimus certare ac contendere, adeò quisque  
innata quadam indulgentia, suæ fauet inuentioni) si plus his  
quam illis tribuissimus, in iniustiæ suspicionem incidissimus.  
Sic voluimus & has & illas ample campo & arena decer-  
nere, nec illis potius quam his repagula obtendere. Et ut  
in foro, sic in disputando, (presertim dum momentis rationum  
ex variorum authorum penu depromptarum, res tota disceperat)  
si dicenda transeuntur, si cursim & breuiter ea attinguntur,  
que ceteroquin inculcanda sunt, præuaricationis suspicio est.  
Quod autem calumnia tempestas longiore oratione effugiatur  
potius, cum in id criminis magna hominum pars præceps ac  
prona ruat, & cum non tam velint imitari quam emulari,  
id ex preclaro Tullij loco elicetur: Cum hæc de natura deo-  
rum uberioris disputantur & fusi, facilius effugiunt Acadé-  
micorum calumniam; cum autem breuius augustiusque conclu-  
duntur, tum apertiora sunt ad reprehendendum. Nam ut pro-  
fluens annis aut vix, aut nullo modo, conclusa autem aqua facile  
corrumptur; Sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur,  
angustia autem orationis non facile se ipsa tutatur. At dices,

ā ij

## AD LECTOREM.

longa oratione rationes ipsae moliores ac eneruatores redduntur,  
 contrà, oratio breuis pungit, acrius est, rem premit ac cogit.  
 Contra aliis placet, longiore orationis tractu vim quandam co-  
 pondus accedere. Utque corpori ferrum; sic oratio animo  
 non ictu magis quam mora imprimitur. Et relinquitur le-  
 gentium animis aculeus non pungendo, sed infigendo. At ora-  
 tio longa infigit, breuis pungit. Et libris auctoritatem &  
 pulchritudinem adiicit magnitudo. Optimus est modus! fa-  
 teor. Sed non magis seruat modum qui infra rem, qui breuius,  
 qui pressius & obscurius, quam qui enucleatius & effusius  
 dicit. Quanquam, si ad fastidium quotidianum deliciis que  
 legentium respicitur, ex librorum mediocritate commendatio  
 quærenda est. Singulis rationibus sua explicatio, sua clepsy-  
 dra debetur. Ne peccemus cum iis qui in foro comperendi-  
 nationes male tollunt, & paucioribus clepsydris causas pre-  
 cipitant. Debet enim dari spatium ad disputandum, & aper-  
 tus esse campus quando de veri inquisitione laboratur. Secun-  
 dus hic error. Magnus est rationum & verarum & pro-  
 babilium cumulus. Hę ita səpē paribus certant viribus, ut  
 utris palma decidi debeat, ignoretur. Multa interiecta, que cum  
 extra rem esse videantur, in re tamen insita putabuntur, non  
 notha & insitua, sed germana credentur. Cum səpē interrupta  
 sit scribendi series, cum scribendo səpē vocatus, reuocatus, inter-  
 uentus scribendi studium intercissum, modò intermissum, tardius  
 resumptum (ita enim fert publici nostri munera ratio) fieri non  
 potuit ut ea ratio ad vnguem obseruata sit qua scribentium in-  
 genia & industria apparent & florent. Idem ordo, idem  
 spiritus, idem stylus, progressio, idem scribendi impetus,  
 &c. &c. &c. non ubique appetit & existit. Quò fit ut de  
 Lectore preclarè mereri videamus, si in hac perturbatione &  
 inequabilitate legentis animum non suspendamus, sed avare-

## AD LECTOREM.

Φαλάρων, επειδή summā rerum laborem solemur ac mitigemus.  
 Άτοπος est necessarius non ἀναγέφαλων. Illum, quia  
 artis est, adiecimus, hanc omisimus, idque dedita operā, ve  
 ne quis nos imprudentiā lapsos putet. Id autem fecimus par  
 tim propter eos quos librorum helluones vocant, partim pro  
 pter inertes; qui ut sapere videantur, breuitatem sibi mirum  
 in modum placere dicunt. Quod ad librorum helluones, illi  
 vel inspecto indice librorum, vel ἀναγέφαλων intuiti se in  
 summos Doctores evasisse credunt, cum tamen in magna re  
 rum ignoratione versentur. Deuorant enim et sine sensu  
 epulas istas deglutiunt, quas ventriculus nequeat coquere ac  
 modificari. Diurno desiderio sibi famem non obsonant, cum  
 alioqui ad percipiendum fructum voluptatēmque satius esset  
 sensim degustare, ut ingerendi, sic digerendi ratio constaret.  
 Satius quoque esset eos Eryxij Philoxenis collum habere gruis,  
 ut ex gustatu maior caperetur voluptas. De inertibus, et  
 qui mollitie diffidunt, quibus Βερχολογία voluptati est, nil am  
 plius dicam, nisi quod ridiculum sit eorum delicias desidiām  
 que, quasi rectam iudicandi regulam respicere. Illud enim  
 pro suae mollitiei patrocinio afferunt, magnam vim esse bre  
 uitatis. Sed si hos in consilium adhibeas, non solū dicent  
 satius esse breuiter dicere, sed omnino nil dicere. Malum  
 enim bonas horas in voluptatibus collocare. Sed hos valere  
 iubeamus. Restat tertius locus de infructuosa illa disputatione  
 de conuulsione qua mortis cum sit prænunia, tractationis Me  
 dice esse non videatur. Hic locus lubricus est, et pluribus  
 esset illustrandus nisi in re minimè necessaria oratio longior  
 nauseam afferret. At multis quidem de causis hæc curiosa  
 etiam disputatio non inutilis videatur, immo necessaria. Ho  
 mini enim quadrat et quatenus homo est, et quatenus re  
 rum noscendarum genitio detinetur desiderio: Item quatenus

## AD LECTOREM.

Ita degenere conjectatur, ut homo est: quid enim tam hominis est omnem humanitatem exuentis, quam miseros agros, cognito, quod spes salutis, aut nulla aut exigua superest, sine auxilio, quod doloris fomentum est, relinquere? Magna enim ad calamitatem calamitatis fit accessio. Sit ita sane, incurabilis est conuulsio partis sanae resoluta agrâ in capitis tromate, an non ideo & blanda alloquio & presentia nostrâ agrum prosequi & demulcere debemus? Inhumanum est agrum suâ calamitati sinere & quasi assignare, subtracta omni ope ve eius animus prostratus & humi iacens nil aliud præter desperationem in consilium rerum suarum adhibeat. Non quod prudens Medicus incurabilium morborum artem propterea profiteatur. Sed hanc pietatem & humanitatem relinquamus. Cum haec questio sit difficilis, cum ista conuulsio in partem non sauciam incidat, licet nullus ad agros fructus inde redeat, licet nil inde quisquam emolumenti demetat, cum cuique innatus sit sciendarum rerum amor & igniculus, hanc præterire inertissimi hominis foret.

Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas.

Præterea, gloriosum est hominem præsentire ac præsagire quorum res euasura sit, ut eosque nostra procedat industria, ut ne histronum, impudentium & crumenas miserorum agrorum emungentium more, tandem vana spe & agros & amicos lactemus & producamus, donec cum extremo spiritu, ultimus etiam numus ex crumena exeat, expiret, & euulet. Ac triplicem hanc dotem & qua homo se hominem præbeat, & suum discendi studium declareret, & præclaram præsagien- di vim acquirat, uno loco Hippocrates omnium bonorum author conclusit. Disputat de prolapsione femoris in posteriorem partem, deque articulo poplitis qui coafficitur: & licet id mali curationem non admittat, tamen in considerationem Medicam cadere

## AD LECTOREM.

cadere affirmanit. Illius haec verba sunt perpetua credenda memoriae: At haec quæ de luxatione prolapsuque femoris minimè curabili dicta sunt, extra medicam considerationem esse Hippocr. par. 103, de arte. videntur, quid enim attinet ea disputare quæ curationem non admittunt. At multum interest. Hac enim intelligere eiusdem est mentis iudicij & professionis, ac ea cognoscere quæ curabilia iudicantur. Nec enim potest fieri ut hæc duo à se inuicem separentur ac diuellantur. Danda quippe opera, ut quæ curabilia sunt, incurabilia non reddantur. Ea vero quæ alioquin incurabilia sunt, sic intelligi debent ut ne maxime offendant. Prædictiones autem splendide gloriaque digne ex eo existunt, quod intelligimus, quod, & qualiter, & quando definere debeat, siue in curabilem, siue in incurabilem naturam conuertatur. Ut nemo amplius dubitet si questionem de conuulsione incurabili alioqui tam luculentemente tractauerimus, hanc nosse & confert, & aliqua ad egros alleuatio pertinet, & prædicendi gloria Medicus resplendet. Tamen non hic tam gloriam & famos aucepemur, nec tantopere rerum etiam arcanarum, & à communi sensu remotarum desiderio conflagremus, quam bene merendi de agris, & ab iis morbos profligandi studio teneamur. Cum enim, ut præclare Hippoc. ὅλος ὁ ἀνθρώπος ἐν γενετῆς τέσσας εἴη, totus sit Medicus in communi isto hoste oppugnando. Non tam fucum, acutiem, argutiásque & sophísticas digladiationes consequatur, quam veram, germanam ac solidam doctrinam. Ceterum ut finem faciam, iis non scribo qui in alieno opere sunt ingeniosiores: non iis quos fastidiendi optima queque mollior lascivia delectat: scribo candidioribus, quorum fauor, benignitasque facile conuellet, & extiter eos qui id quod scribimus, iniquius sunt obseruaturi. Adduximus

ē

## AD LECTOREM.

rationes recentiorum, cum nulli ex antiquis hanc quæstionem, tractauerint, quas non minoris aestimauimus quod recens natę, quod ab iis profectæ qui nostro hoc cælo & aëre nobiscum fruuntur. Id propter eos delicatulos dico, quibus mirum in modum placent quæ aliquid priscum redolent, ea verò fastidiant quæ à suis hominibus inuenta fuerunt & excogitata. O imbecillitatem iudicij, ne dicam delicatam malitiam? Quasi obesse debeat nostrorum hominum inuentis, quod nostri sint seculi, quod nobiscum vixerint. Et tamen ita fert hominum malignitas, sinistrumque ingenium. Infelix, me Hercules, sacerulum quod hanc gloriam suis sibiique inuidet? Si eos admiramus authores qui ante nos fuerunt, & eorum imagines studiosè conquirimus, cur bonos qui debetur iis qui nobiscum viuunt eandemque ducunt animam, quasi satietate apud nos elanguebit? Id quippe prauum malignumque est non admirari eos qui admiratione digni sunt, eorumque industrias ideo minoris facere quod eos videre, alloqui & amplecti licuerit. Et qui stimulus nobis inesse debet ad eos amandum, idem ad contempnendum reliquus esse videtur. At nostris non deest sua quedam vis, non ingenij dotes etiam aliquatenus cum antiquorum laudibus conferendæ. Cæterum, de hoc nostro labore hoc dicam, si forte in hominum manus venerit, mihi valde curè non esse si non omnibus placeat, satis est mihi si bonis & candidis arrideat. Hi enim suo candore quicquid indoctius & pinguis erit, eluent. Et iis omnia mea placuisse phauero, si quedam displicuerint. Vs enim in cena & opipare parato coniuicio quidam sunt cibi qui non sunt stomachi quorundam, immò qui ingrati, tota tamen cena sua laude non caret; ita in libris, licet quedam omnino apta & congrua non sint, & ad cuiusque etiam

AD LECTOREM.

Stomachum non faciant, non sunt tamen debita laude pri-  
uandi. Totis enim libris sua quædam gloria decernenda est.  
Diutius cunctatus sum, nonumque in annum id quicquid  
est, presi, tandem de emittendo cogito, ratus cunctatio-  
nem vitio haud carere. Nam si modum excedit, inertis  
desidieque, etiam timiditatis nomen meretur. VALE.



DE S. IACOBUS CORNATU.

¶

IOANNES DE BOARDES.

Dogot Melchior Pauliniani.

JACOBUS CORNATUS.

Dogot Melchior Pauliniani.



## APPROBATIO.



IC Libellus DE CONVULSIONIBVS, In quo solennis Quæstio explicatur, Cur sauciatis dextrâ capitî parte Convulsio sane partis contingat M. GVLIELMI DE BAIILOV Doctoris Medici Parisiensis celeberrimi, Decani & Antiquioris Scholæ Magistri eleganti stylo, & suminâ prudentiâ conscriptus, atque à multis iamdudum expetitus prodeat tandem in lucem rei Medicæ splendorem aucturus, & utilitatem non mediocrem allaturus. Datum Parisiis octauo Kalend. Nouembris. Ann. Dom. 1638.

DE S. IA QVE Decanus.


IOANNES DE BOVRGES,  
Doctor Medicus Parisiensis.

JACOBVS CORNVY,  
Doctor Medicus Parisiensis.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶


**BENEVOLO  
LECTORI,  
IACOBVS THEVART,  
Doctor Medicus Parisiensis,  
S. D.**

**S**i furit in sacram Convulsio Palladis arcem,  
*Et quatit incursu catera membra suo.*  
**BALLONIVS** terso docet hanc curare libello,  
*Nec sinit humanum crescere in exitium.*  
**Docta ergo** hac legito magni monumenta laboris  
*Et volue assidua, Lector amice, manus.*  
**Palladia** liber hic vindex si dicitur arcis,  
*Quid vetat hunc sacrum dicere Palladium?*



TRAVIDIT SVB  
aliquant 2000 M

**Gij**



In Commendationem  
LIBELLI  
DE CONVULSIONIBVS  
M. GVLIELMI DE BAILLOV,  
Medici Parisiensis olim Decani,  
& antiquioris Scholæ Magistri.

EPIGRAMMA.

**D**V M grauis excelsum labefactat causa  
*Cerebrum*  
*Haud dubiè, ut fertur, catena membra dolent.*  
*Franguntur vires animi, pariterque labascunt*  
*Corpora, & ad stygias sape feruntur aquas.*  
**BALLONIVS** causas dum Spasmi, & signa  
*recludit,*  
*Auxiliis etiam queis medeare docet,*  
*Efficit ut perstet Mens sana in corpore sano,*  
*Optari à Medica quid magis arte potest?*

**IACOBVS THEVART,**  
 Doctor Medicus Parisiensis.





IN EIVSDEM OPERIS  
COMMENDATIONEM.

EPIGRAMMA.

**M**Orbus inest neruis, Medicis Conuulsio dictus:  
Quem Spasmū patriā Gracia voce vocat.  
Vis effrena mali, non illo sanius ullum  
Insilit, & robur corporis omne quatit.  
Non irate Ixion lassat rota: non ita torquent  
Distentum Trochlea, funiculique reum  
Spasmus vti, vexans agrum, vim viribus infert,  
Et colluctantem sternere dirus amat.  
Hanc solers BALLONE doces depellere pestem,  
Gliscere & ulterius quā potes arte vetas.  
Sic deinceps melius Conuulsio dicta feretur,  
Conuellet studio, quam Medicina tuo.

ADRIANVS VALESIVS.





In Editum hoc Opus cura  
M. I A C O B I T H E V A R T,  
Doctoris Medici Parisiensis.

EPIGRAMMA.

**M**iraris quod tot dederit Conuulsio passim  
Funera, tot miseris intuleritque necem.  
Define mirari: nondum tua cura TEVARTI,  
BALLONII prestans hoc opus ediderat.

IACOBVS CORNVTY,  
Doctor Medicus Parisiensis.



GVLIEL.



GVLIELMI  
BALLONII

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI  
DE CONVULSIONIBVS,  
LIBELLVS.

*IN QVO SOLENNIS QVÆSTIO  
explicatur,*

*Cur sauciatis dextrâ capitî parte, conuulsio sana  
partis contingat.*



VM ca quæ quæruntur eximia sunt,  
& cognitione dignissima, in iis ponen-  
dum est operæ plurimum, cum ini-  
quum sit vlla inquirendi inueniendī-  
que difficultate deterrei. Nil enim  
est quod improbus labor non affequa-  
tur, & adeptos spes gloriae solabitur  
atque deliniet. Ac illa non modò qua-  
ienda sunt, sed exquirenda expoliem-  
dāque, cum nulla sit tam abstrusa, &  
à sensibus animisve remota veritas quæ non labore elicatur,  
& disputando limetur. Quæ nunc proponitur quæstio, multis  
negotium dedit, corūnique ingenia exercuit: ut in ea graui-

A

## GVLIELMI BALLONII

tractatione quam ~~δεὶ τὸν~~ ἐν τῇ οὐφαλῇ τραματίᾳ Hippocrates excoluit, hic unus ad disputandum reliquus angulus videatur. Cætera enim eo libro compræhensa, partim experientia, partim ratione, partim editis in id operis commentariis, satis patent & illustrantur. Ad hanc vnam de convolutione partem omnes aspirarunt, hanc vnam degustarunt, nullus est assicutus. Inutilis fortè videatur hic noster post tot virorum doctorum eonatus, labor, sed si cæteris fuit studium & assequendi desiderium, mihi non deerit diligentia. Est enim in quo industriam nostram, quantula eacumque sit, ostentare possim. Si fortè hic noster labor in quorundam manus inciderit, eos, vt hunc boni consulant rogo. Si non probent omnino, nec eo etiam consilio scripsi vt ab iis probetur, qui in alieno opere nimium sunt ingeniosi. Sùsque déque ferò, si aliqua probent, omnia non displicuisse gaudeo. Huc candidiores animos appello. Nitar, daturusque sum operam, & quoquò res vertat, meam de quæstione apertiam sententiam. Candidiores non appello, vt errori meo calculum adiiciant, sed vt post hæc lineamenta & adumbrationem, viuos colores addant & appingant. Adblandiuntur, scio, quidam, videnturque meo labore subscribere. Tali laudis aucupio non delector, sed blandiantur, dummodò per hoc mendacium nostrum studium commendetur. Non is sum qui tantum mihi tribuam, vt nil limatus, tersius, veraciisque scribi possit, sed,

*Eft quadam prodire tenus.*

Vltima enim ferè scriptis omnibus deest linea, neduni nostris, quæ nulla re cum cæteris contendunt. Sed iam in quæstionis arçem ingrediamur. Primùm quærendum, an id fiat vt sauciata dextra capitis parte, sinistra morituro conuelliatur. Deinde an sit vera convolution. Tertiò quando contingat, an solùm morituris, & cum exigua extremaque spe salus pendet. Deinde cur fiat. Quodcumque confectum erit, habebit tandem animus in quo satiatus conquiescat. Et ea ratio ineunda est, alioquin vix veritas appareret. Eaque partitio plurimum orationi lucis & gratiæ conferet. Nec solùm efficiet vt clarius sit quod dicetur, sed reficiet quoque legentem certo singularum partium fine, non aliter quam facientibus iter,

multūm detrahunt defatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. Nam exhausti laboris nosse mensuram voluptati est, & hortatur ad reliqua fortius excquenda, scire quantum iteris supersit.

Ac quod oppositae partis conuulsio accidat, idque conclamatis desperatisque rebus, propter doctissimi Hippocratis authoritatem recipitur. Huius verbis etsi demonstratione non roborantur, tamen fidem derogare nephias est. Etsi vero nulla supereret authoritas, sensus ipse fidem facit. Vbi autem is adest, frustra de re dubitatur. Loci autem in quibus Hippocratis latet authoritas tantisper lustrandi sunt, donec ex obscuritate veritas eruatur. A libro *ωδὶ τῷ Κατὰ τὴν ξεφαλῆν τρομάτων* auspicandum, quod illic de lassionibus capitinis de instituto agatur. Ita Hippocrates; Si cui ex vulneribus capitinis moriendum est, nec seruari posse, his signis hoc colligatur. Conuulsio (quæ inter symptomata enumeratur) plerosque inuadit in alia corporis parte. Si in dextra parte fuerit vulnus, sinistra conuelletur, & contraria. Et de Euergetæ filio in capite læso: Liuefactis ossibus sanies exiit <sup>lib. 7.</sup> *græcis*. ueolens, vomitus contigit, & sub finem conuulsiones Membrana imputris erat. In Græco, *καὶ πὰς σπασμάδεια ὅπῃ τῇ πελετῇ*, id est, morte instanti. *Τελευτῶν enim & mori, & desinere, & πὸ χριστοῦ*, ex Philoth. significat. Subdit Hippocrates, ita ut alij clangosam vocem ederent, alij impotentes fierent, & si in dextris esset vulnus, sinistris conuellecentur. Et hic locus paulo difficilior. Nam à duobus particularibus exemplis ad plures in capite sauciatos orationem transtulit. Et dubitatur an sit is periodorum sensus, & si in dextris vulnus esset, *ἀχραντές*, id est, impotentes parte sinistra fierent, vel, si in dextris esset vulnus, sinistra parte conuellerentur. Vterque sensus è textu erui & elici potest, et si posterior cum re proposita magis cohæret. Est & aliud apud Hippocr. locus: In Omilo famula capite læsa est: ei fuit in <sup>5. Epid.</sup> tereundum præ magnitudine *τρόματος*: Conuulsio manum sinistram inuasit, nam in dextris magis vlcus habebat. Hinc patet necesse esse ut alia pars, quamquam quæ vulnerata est, conuellatur. Sed alia commemoranda historia: Antonomus ex <sup>Hipp. 5.</sup> capitinis vulnera mortuus est. Suturis inflictum erat vulnus <sup>Epid.</sup> sincipite medio. Non animaduerti; ait Hippocr. eum secari

A ij

## GVLIELMI BALLONII

„ oportere. Suturæ me deceperunt. Eleganter Græcè, ἀλεξανδρεῖ  
 „ δέ με τὸ γιώμαν αἱ ράφαι. Primum ad claviculam, dein ad la-  
 „ tus dolor vehemens. Conuulsio vtramque manum afflixit.  
 „ In medio enim capite ac syncipite erat vulnus. Hic ratio red-  
 „ ditur cur ad vtramque manum conuulsio pertinuerit: media  
 enim capitinis pars læsa erat, ut æquæ & dextræ & sinistræ  
 conuulsio occuparet: quasi necesse sit aliam partem sauciari,  
 aliam conuelli. Deinde ait dolorem & ad claviculam, & ad  
 latus (sed vtrum fuerit latus non dixit) peruenisse. Id quod  
 non contingit citra effusionem serni maligni eò, transactis ve-  
 lut cuniculis, permanantis. Ut etiam de Metrophanti filio  
*Hippocr.* legere est qui cum in capite læsus esset circa humerum absces-  
*4. Epid.* sus est obortus. Ac quæ causa in superiore  
 æstro conuulsionis in manibus fuerit, eadem dolorem in hu-  
 mero excitarit. Accedit quòd phlyctenæ quibus lingua per-  
 spersa est, ab eodem ichore principium duxerint, qui ab in-  
 teriore cerebro malè affecto expreflus est, & tales phlyctenæ  
 mortis prænuntiæ putantur. Nisi dixeris ideo vtramq; manum  
 conuulfam, quod media capitinis pars fuerit sauciata: claviku-  
 lam & humerum affici, aut per simplicem consensum, qui sine  
 materia fit, aut per communicationem materiæ. Quaque ma-  
 teries tumentem faciem reddit, eadem refusa ac reiecta deor-  
 sum dolores est genitura. Itaque ut pars dextra tuni conuel-  
 litur, cum sinistra saucia est, ita vtramque manum promiscue  
 conuulsio attingit, quia medianam capitinis partem vulnus obse-  
 dit. Nec est credibile istam dolentem claviculam hume-  
 rumve analogiam habere cum parte dextra aut sinistra quæ  
 elonguet aut resoluatur, cum Hippocrates meminerit doloris  
 in clavicula oborti.

Quamquam & obiter quæstio modeti potest, cur ad ma-  
 nus potius conuulsio peruenierit, cum in syncipite vulnus fue-  
 rit? At nerui qui motum manibus impertinent hinc non oriun-  
 tur, sed à primis cervicis spondylis. Id ex Galeno cum ex-  
 plicat cur Pythioni tremor à manibus incepit, cum in pri-  
 mo intercostali congesta esset materies lenta & crassa. Hæc  
 autem ad inferendam spirandi difficultatem satis non erat, ad  
 tremorem manuum & conuulsiones suffecit: Cum Py-  
 thyoni manus tremerint, ait Galenus. Probabile est in  
 his convulsionibus libellus - [page 20](#) sur 72

## DE CONVULSIONIBVS, LIB.

primis thoracis regionibus, vbi continuus est thorax vltimis  
ceruicis vertebris, humorum copiam extitisse non multam vt  
dyspnœan excitaret (quanquam & primum μεσοπλευειον, ad  
respirationem non valde confert. Et cum esset vitium in  
neruorum radicibus qui ad manus perueniunt, & nervi gra-  
uarentur, tremor manuum contigit. Nam ex primo meso.  
pleurio & vertebris superpositis nervi musculos manuum mo-  
uentes nascuntur. Et de filia Agelij quæ cum esset anhelo-  
sa, manum doleret ita Galenus: Docuimus si pectoris partes  
superiores circa primum & secundum costarum interstitium  
laborant, consentaneum esse vt manus in istius affectionis  
consensum adducantur: nervi enim ab istis interstitiis ad ma-  
nus detinuantur. Itaque credibile istam saniem quæ dolorem  
in claviculis & latere peperit, dum τὸ μεσοπλευειον prolueret,  
convulsionis in ipsis manibus causam extitisse. Nam partium  
vicinitas ad id facit, & quæ sunt vicina quæque propinquæ  
ea primum ac maximè affici solent. Vnde Hippocr. animad-  
uertit in pleuritide partium thoracis superiorum, grauitatis  
sensum oboriri circa brachium ad musculum qui vulgo scle-  
nus vocatur, distendi enim aiunt istum musculum ob pletho-  
ram venæ illac transcurrentis, & item in claviculis dolorem. Nec  
enim abs re est assignata hæc distinctio. Dolor enim ob ten-  
sionem fit οὐ παθεῖσαι, quia partes iis continuae quæ in-  
flammantur, extra sanguinis redundantiam tenduntur. Sed id  
ob membranarum naturam & continuitatem fieri solet. Vnde  
multi decipiuntur qui ideò à defluxione à capite pleuritis  
oboriri putant quod ad iugulum & vicinas partes dolor per-  
tingat. Id enim non contingit ob humoris affluxum, sed pro-  
pter sympathiam. Grauitas vero circa brachium sentitur, quia  
illuc sanguis & repat, & ibi coaccruetur. Grauitatis sensus  
plenitudinis est signum: Et si humoris copia tensionem fa-  
cit, tensio vero dolorem. Ut nil interesse videatur, siue sit  
tensio, siue grauitas, cum dolorifica sit tensio. Alio tamen  
res haber. Aliud enim tensio ob cunctum & congestionem  
in parte ipsa, aliud tensio per sympathiam in partibus præser-  
tim membranosis. Quamquam in pleuritide est & collectio  
systrophæque in parte ipsa, & tensio per sympathiam partium  
vicinarum. Sed hec obiter dicta sint vellet ab instituto paulo  
alieniora, tamen ex iis quædam diligenter quæ ad rem

A iii

Ac iam confectum esse puto authoritate Hippocratis in lethibus capitis vulneribus partis aduersæ conuulsionem contingere. Nec refert scire à quo vulnere, & qua in parte inflicto, seu neruus incidatur, siue cranium solum, siue os scin. datur aut effringatur, hoc formidandum symptoma eueniat. Omne enim capitum vulnus lethale, & à quo mors necessariò consequitur, eam conuulsionem inducere potest. Non quod omnes eo modo conuellantur necessariò, sed id ut plurimum euenire testatur experientia. Et cum meminimus lethalis vulneris, id audiendum vel per se, vel  $\chi\tau\tau\omega\sigma\mu\beta\epsilon\pi\eta\varsigma$ . Est enim ubi vulnera quedam sanabilia putantur, quæ ex euentu lethalia sunt: Est ybi quedam toto genere sunt eiusmodi.

Locus postulat ut quæramus an verè sit conualsio , antantum *αναρμόδες* π. Singultus conuulsionem quidem refert, conualsio tamen verè non existit. In suris tibiarum dolor sæpè excitatur , hic à flatu excitatur , & *αναρμός φυσικός* dicitur , & οὐ τάχει , conuulsion tamen propriè non vocatur. Et hystericis οἱ συνολησὶ *αναρμόδες* sæpè contingunt, quæ tamen in veram conuulsionem familialm recipiendæ non sunt , nec enim *αναρμοί* vocari debent. Vnde Hippocrates cum affectionem aliquam verè conuulsionem esse non putat, non *αναρμόν*, sed *αναρμόδες* π. vocare solet : & ita à vera conuulsionis essentia rem separat & distinguít. Et quodam loco ; Sin-

Fernel.  
in Pa-  
thologia.  
Galenus  
Comm.  
in Prorr.  
Com ad  
part. 23.  
sectio. 1.  
lib. 1.  
Prorr.  
ta pē excitatur, nec à natū excitatur, & ~~παθός φύσεις~~ di-  
citur, & συνάλλησ, conuulsio tamen propriè nō vocatur. Et  
hystericis q̄ συνοληγί ~~παθόμαθες~~ sāpē contingunt, quæ tamen  
in veram conuulsionum familiam recipiendæ non sunt, nec  
enim ~~παθόμει~~ vocari debent. Vnde Hippocrates cum affe-  
ctionem aliquam verè conuulsionem esse nō putat, non ~~παθ-~~  
~~μόν~~, sed ~~παθόμαθες~~ n̄ vocare solet: & ita à vera conuulsionis  
essentia rem separat & distinguit. Et quodam loco; Sin-  
gultus, ait, est tanquam ~~πλήθεις παθόμαθης τούς σώματος~~ & γα-  
sp̄s. Vbi notanda est loquendi forniula. Et aliàs affectum  
conuulsuum vocat qui ante mortem necessariò conuulsionis  
affert periculum. In Prorrheto autem vocat ~~τὸν παθήν παθ-~~  
„ ~~μόδηα~~, in quibus in principio, aut non multò post quam  
fieri cōperint connuulsiones perseverant ex repletione ortum  
„ habentes. Quæ enim ab initio præhendunt, à repletione  
„ magis oriuntur. Quòd diligenter animaduerendum est.  
Quod autem ea muscularum retractio versus suum princi-  
pium, in eos sāpē incidens qui vi ~~τῆλε τρωμάτων~~ interituri  
sunt, verè sit conuulsio, ex ipsa definitione intelligi potest.  
Sed huius partes omnes hoc loco expendere, non est nostri otij  
Cæterū hanc affectionem Hippocrates ~~παθόμεν~~ non voca-  
set, nisi vera conuulsio foret. Aliis enim locis cum conuul-  
sionem impropriam significat, ita loquitur, ~~παθόμεν~~ n̄. v.

*σπασμάδια πάγη. vel συνολχή σπασμάδες.* Omitto hic τὰ σπα-  
σμάτα, quæ vicinitate nominis σπασμόν πνα significare vide-  
buntur. At hoc nomine diuulsiones aut neruofarum propa-  
ginum, aut membranarum includuntur, nec nomine τῆς σπα-  
σμῆς continentur.

Nec abs re dubitatur an sit propriè conuulsio an non. Frustrà enim quæreretur cur resolutâ parte vna conuellatur altera, si non esset conuulsio. Atque ita primò in verbo la-  
borandum fuit: nec abs re id inter primarios Medicos con-  
trouertitur. Alij enim credunt eam retractionem oppositi  
musculi, partis aduersæ oppositæque musculo aut præciso, aut  
resoluto, verè conuulsionem esse, sed id fieri ex euentu: vt  
pars quidem conuellatur, sed veram conuulsionis causam in  
se non contineat. Nam cum conuulsio aut inanitionem, aut  
repletionem authorcm suum agnoscat, si pars propriè con-  
uellitur, causarum alteram præsentem habeat necesse est. Sed  
paralyfis partis oppositæ, conuellendi ex euentu alteri parti  
occasio existit. Id autem solenni axiomate corroboratur.  
Quoties in diuersis partibus musculi congenetes pares virtute  
existunt, resolutio vnius conuulsionem alterius afferre solct.  
Alij id non conuulsionem propriam, sed retractionem reuul-  
sionémque quandam, aut rigorem potius crediderunt. Quo-  
rum opinionem vt nimis supinam facile Hippocr. authoritas  
labefactabit. Nec credibile esset tot locis Hippocratem  
verborum proprietati studenteni nomine γῆ σπασμῆ in vul-  
neribus capitis usum fuisse, si aut rigor tantum, aut reuulsio,  
aut simile quid fuisset, non autem conuulsio. Et verborum  
Hippocratis proprietas est potius amplectenda, quam quo-  
rundam Latinorum non satis plausibilis diligentia. Licet Te-  
tanum rigorem Celsus verborum lenocinio verterit, non de-  
finit tamen Tetanus verè esse conuulsio. Species enim  
veræ Conuulsionis putatur. Et quod de Tetano dicitur, idem  
de ea conuulsione dici potest, quæ sequitur alterius partis re-  
solutionem. Quia enim parte altera resoluta, sana pars sece  
contrahit, eam verè conuelli negant. Aliquando enim ea  
pars contracta velut immota matet: Omnis autem conuul-  
sionis essentia in motu consistit. Si motus deest, vera quo-  
que conuulsionis deest essentia. Atque hoc se præsidio satis  
tutos putant. Quod si verum est, nec Tetanus, nec εμφο-

θότονος, nec ὅποδονος verè conuulsio est, nec ea retractio quæ paralyisin alterius partis sequitur quia immota manet, nec ea conuulsio quæ inciso oppositæ partis musculo incidit. Sed admittamus in Tetano totum velut rigore corpus & immotum manere, item præciso musculo oppositæ partis partem alteram retrahi deinde quiescere, tamen in morituris à vulnere capitis pars quæ conuellitur non ita immota manet: sed aliàs contrahitur, distenditur, riget, aliàs subsultat & conuulsoriè mouetur: tandemque appetente morte tota immobilis riget. Idem & oculis, & palpebris, & aurium fibris contingit. Conuulsio enim in eas partes incidit, & tamen est potius quædam <sup>μέτρος</sup>, quām <sup>χρόνος</sup>: ut potius conuulsio consistere videatur (quod doctrinæ gratiâ dictum velim) <sup>εἰ τὸν πάτερα</sup>, quām <sup>εἰ τῷ οὐρανῷ</sup>. Id quod etiam Galen. abundè explicauit. Dum enim exponit quid sit ὄψις πεπηγός Hippocita ait; Fixus concretusque sit oculus ob mouentium oculos muscularum imbecillitatem (legendum est, immobilitatem locum Chalcographus similitudine vocum deceptus fuerit) immobilitas autem propter omnium oculi muscularum vel resolutionem, vel æquam, & quæ in neutram partem vergat, tensionem fierisolet, vel ob exactam mouentis muscularum potentia imbecillitatem. Hic vides immobiles fieri oculos. θάτης τοπονόμων; hoc autem ad conuulsionem refertur, & tamen immobilitas & rigor quidam est. Et in Prognost. cum agitur de aurium fibris quæ præ siccitate invertuntur, ita Gal. Ab inanitione & siccitate aurium fibræ invertuntur, extenuantur, siccantur, & sic retrorsum tenduntur versus originem muscularum sensum illis præbentium. Etenim corrigiæ exsiccatis conuelli proprium est. Tensione itaque fit & conuulsio: id autem absque motu non est. Motus autem est quia à termino à quo ad terminum ad quem fit mutatio. Et licet pars postea rigeat in eodemque statu maneat, non desinit tamen conuelli, vt non sit amplius εἰ τῷ οὐρανῷ, sed εἰ τῷ πάτερα. Facile autem siccatis muscularis & nervis contingere solet. Accedit ad superiora de conuulsione palpebrarum notandus locus. Cum palpebra pervertitur, aut distrahitur, aut contrahitur (significantius Græcè, τὸ βλέφαρον καμπίλον, φύγον, Κυρταλμένον) id aut propter tensionem conuulsificam, aut ob resolutionem in altero ex muscularis

## DE CONVULSIONIBVS, LIB.

9

culis oculos cludentibus fieri solet. Et Galen. semper usurpat & πάσος nomen, cum dicit οὐρανοῦ σπαραγμάτια, fieri istam συρροφίαν, vel συρράλω: quanquam συρέλεατο καὶ συρρέθετο idem. Et iste neotericus qui magnum quid se effinxisse putat cum ait preciso musculo opposito, aut paralysi partis oppositæ non contingere veram convulsionem, sed quandam potius retractionem & rigorem, cum pars quæ retrahitur, & sana sit, & immobilis maneat, hallucinari nobis videtur. Hippocr. enim & Galen, indifferenter utuntur vocibus, ἀπτραχμένον, Συρράλων, καμπίλον ἢ ριγόν. Ut distorsio, retractio, peruersio, tensio conuulsifica, nomine conuulsionis includantur præsertim si motus inuoluntarius præcesserit. Non quod per se Συρροφή, ἢ καμπίλης, aut Συράλη sit σπασμός, sed quia illa quæ conuelluntur καμπίλοις, Συρρέθοις, & Συρέλλοις. Nec ita Neotericus in vocibus ludere debuit ut nomen conuulsionis in præcisione musculi oppositi, aut vulnere capitis obrueret & obscuraret. Vnum obiter monere oportet. Diximus antè peruersione palpebræ contingere solere, tum ob conuulsificam tensionem, tum ob resolutiō nem quæ contingit vni musculorum oculos cludentium. Hoc multis mirum videtur quibus est potius credibile istam contorsionem à tensione conuulsifica esse, quam à resolutione musculi. Sed quæstionis huius solutio ab interprete ηγιασκαὶ repetenda.

Ac iam an non verè conuulsio esse possit, vti est visum isti neotericō, aperiundum est; verè, inquam, conuulsio nisi manifestus sit motus. Definitur enim motus ἀπεριόπετος musculorum versus suum principium. Ac arguit Fallopium & eos qui resoluta parte vna alteram propriè conuelli putant, quod conuulsiones quasdam immobiles comminisci videantur. Ac primum ex Celso citat aliud esse rigorem, aliud distensionem nervorum: Vt in Epilepsia & tortura oris verè sit conuulsio & distentio nervi, in Tetano autem & aliis duabus speciebus non sit verè σπασμός: vt Tetanus & aliæ duæ species ad rigorem, non ad conuulsionem reuocentur. Indeque id consequi putant quod non sit motus. Quod si motus desit in ea contractione quæ accidit ex vulnere capitis interitus, aut in ea quæ ex præcisione musculi evenit, definit quoque vera esse conuulsio. Præterea argumentum necit ex etymo ipso. Te-

B

to GVLIELMI BALLONII

tanus enim διπλός τον δεινούται , τόνος διπλός τε πεινασθεῖ : at τὸ πεινασθεῖ καὶ σπαζθεῖ longè discrepant : Tertanus itaque propriæ conuulsio non est. Et concludit εἰ τῷ σπαζομῷ motum esse , εἰ τῷ τονικῷ ἀκυνθισταί . Sic motus de essentia conuulsionis existit. Et τὸ ατασθεῖ , absque motu non est : τὸ δὲ πεινασθεῖ con-

2. *Epid.* trā : ubi itaque immobilitas est, ibi abest conuulsio. Contrā licet obiicere illud Hippocratis: Ille enim eam inter paralyсин & conuulsionem statuit differentiam, ut conuulsio  $\epsilon\tau\eta$  τάσει existat, & paralyſis  $\epsilon\tau\eta$  λύσει. Cum ausi præpetibus alis

*Galenus* in aëre subnixa volat, dicitur esse ὡς τῷ τάστῃ. Galen. autem  
*cap. 4.* lib. de motu muscularum hoc proprio nomine vocat τόνον, &  
*lib. de* rig. &  
*pulsis.* κίνησιν τονικὴν eiusmodi actionem. Contentio enim æqualis est  
facultate animali vegeta ac erecta; sed cum telo icta præceps

Facultate animalia vegeta ac creta. Ite cum tēlo ita praeceps  
deuolat, cū τῇ λύσῃ esse dicitur. Facultatum enim est obitus  
& ruina. Illaque contentio naturalis penitus sublata est. Item  
cū ægri decumbentes rectam figuram retinent, facultatis  
integræ signum id existit, cum verò ad pedes deuoluuntur

*1. Progn.* ac proliiciuntur, non iam amplius actio est, sed morbosa affectio, inclinante ac occumbente facultate. Vnde ista *εργίας* καὶ τὸ ἀρθρον αἰάλωσις, καὶ οὐέται διαλεχεμένα, καὶ Διαπεπλεύσια, aut interitum, aut magnam perniciem præfigio quo-

*πάντα, aut interitum, aut magnam periculum præagio quodam indicant. Tollitur enim κύρος καὶ τέρας partium, & λύσις καὶ φαῦλος succedit. Ista autem ratio, quæ a πολεμοῖς deriuatur aliquando naturalis est, aliquando contra naturam, ut καὶ κυνῆσι τονικῇ, ut in conuulsione, nec desinit motus aliquis esse sed subobscurus. Inflexio autem corporis duplex est, una mala & summæ infirmitatis signum, nesciente ægrotu qua figura sese componat. Vnde & ἐπίπλους καὶ αἰγαπτεῖμέν τοις κακοῖς. Alia est inflexio roboris naturæ index per conten-*

Aura est inflexio corporis naturæ index per contum  
tionem quandam musculorum. Et ea bona est, immo facit  
ventriculos quosdam excretioni ventorum & excrementorum  
idoneos. Ideò Aristoteles dicebat melius esse cubare inflexo  
corpore quam intento. Inflexo corpore, locus datur flatibus.  
Extento nulla cava eiusmodi potest adigi. Locum enim  
omnia viscera compleant inflexo laxantur & sinuantur. Locus  
*Ad apb.*  
*z. lib. 5.* hic præclarus probl. 3. lib. 6. Probl. Arist. Et apud Gal. *εντελε-*  
*ρειας* conuelli propriè significat. Id non animaduertit neote-  
ricus qui *ει τετάρτω γι οπισθοτόνω*, negat motum esse, sed tan-  
tum *τόνος γι τάχινη*, ideoque motum abesse, & sic conuul-

sionem nullam esse. Ut autem docuimus *καὶ τόντοντας κέρας*, motum esse obscurum, & quasi implicitum. Quid respondeat <sup>Epid.</sup> Hippocrati qui ita de Epilepsia ait, venas internas secato dum <sup>sett. s.</sup> magnus morbus in tensione est, *Γραῦς καὶ τὸν τάσσειν*. Verè autem intelligit de paroxysmo Epileptico in quo aliás motus est obscurus, aliás manifestus, & *τάσσειν* quædam est: in Tetano non est manifestus. Non video cur Celsus Tetanum, & aliás species nomine rigoris expreſſerit. Nisi fortè à quodam accidenti, nempe à rigiditate quadam partium, maluerit per rigorem quām per conuulsionem exprimere: Ac si ea formula loquendi effet plausibilior, & ad sensum potius accommodata. Ita autem loquitur, frigidus modò conuulsionem, modò <sup>Hippocr.</sup> rigorem infert, illud *στρασμός*, hoc autem *τέγρυς* dicitur. At <sup>τέγρυς</sup> <sup>στρασμός</sup> hīc potius verborum quodam lenocinio & aucupio laborat. Cæterū in Tetano motus est & is obscurus, sed perpetuus motus est cum contentionē quādam, vnde incredibilis dolor est. In aliis conuulsionibus distentio fit, & succussus, sed <sup>τέγρυς</sup> <sup>στρασμός</sup> etiam excussio, & motus est manifestus. Et Tetanus definitur conuulsio perpetua totius corporis rigidi, & in neutram partem inclinantis. Fit enim contractis ad suum principium musculis, & in ea contractione manentibus. Nec quæ conuelluntur partes moueri videntur, quod æqualiter antè & retro tendantur. Tensio autem hæc non fit citra motum non tam sensu quām ratione depræhendendum. Et cō crudelior hæc conuulsio, quod perseverat, breuique hominem consumit, vt quæ in numerum acutissimorum morborum referatur. Et quia conuulsio non intermittit, accessionibꝫque non est distincta, ideo manifestus non est motus. Quod autem in ea contentionē motus fit aliquis cum naturæ conatu, inde patet, quia partes breuiores fiunt & contractiores: Instante autem morte *λύσις*, soluuntur & *μαλαχαῖς* laxantur. Huc autem afferre licebit exemplum de speciebus articulationis. Διαφθωρις καὶ *κυνάρθρων*, ex eo differunt quod in illa sit motus manifestus, in hac nullus, aut suboscurus addit Gal. lib. *τελεία* *ἀρθρῶν*: tamen *ἀρθραῖα* species ad *διάρθρων* refertur, quamvis in multis partibus quæ *διὰ τὸ ἀρθρῶν* articulantur, aut nullus, aut admodum obscurus sit motus. Id in connexione costarum cum vertebris, radij cum carpo, & astragali cum osse scaphoide cernere est. Sic non est exactè motus quærendus, nec

B ij

in speciebus articulationum in quibus motus esse debet, nec in conuulsionibus, quamuis per motum à corpora definiantur. Et cum Hippocrates in ulceribus tibiarum nec ambulandum, nec sedendum putat, etiam in sessione ipsa motus est aliquis. In Tetano motus est tonicus, ἀπὸ τοῦ νόμου no-men habens, & ἀπὸ τῆς τόνεως. Tonus autem, ait Aretaeus, & Κλεοπάτρα, & Στρατόπεδος nomen est, id est, & neruum, & nerui contentionem significat. Est autem hac in parte potius Galenus sequendus. Ita enim de motu tonico scripsit. Quatuor differentiae motuum in musculis reperiuntur. Nam aut contrahuntur, aut extenduntur, aut transferuntur, aut tensi manent. Tetanus autem fit dum inuitae partes in contraria ab oppositis musculis retrahuntur. Constat autem ex τοῖς ὄπισθιοῖς καὶ εὐωδηστοῖς. Ut ridendus sit qui εἰ τῷ τόνεῳ,

**Galen.** notum esse negat, ut cum brachium tenuum manet omnibus  
**cap. 2.** musculis pariter contendentibus. Et τῶν τόνικῶν ἀνυπότατος,  
**lib. de** attribuere plenum est ignorantiae, ac si motus tonicus motus  
**Sympto-** non sit. Immò maior est actio & contentio muscularum quam si  
**causis.** reflecteretur vel infletteretur. Galen autem doctrinæ gratia

*G. Ienus  
loco su-  
periore.* reflecteretur vel infecteretur. Galen. autem doctrinae gratia motum tonicum promiscuum quid putat ex motu & immobilitate. Tandem ita conficiunda est tota res. Cum membrum contortum apparuerit, perinde ac si in naturali situ foret, rigidum tamen manet, nec ab eo situ dimouetur, conuulsio est musculi qui ad proprium principium contractus partem simul cui inseritur adducit immobilemque reddit. Ea tamen cautio est adhibenda, dummodo id non sit vitio peculiaris articuli. Callus enim in articulo enatus, aut humor prohibere potest fibram in iuncturis motionem, quod contingit cum luxatio in particula non recte curata fuerit. Id quod *τηλευτας* cernere est, contorta quidem pars est, & manet in eo statim unde non dimouetur, conuulsio tamen non existit. At quod partes contrahantur intorqueanturque *τηλεπορων ασμάτι*, licet motus evidens non sit, & tamen conuulsio sit, satis ex superioribus apparebit.

Reliquum est ut quæramus cur conuulsio partem sanam in iis qui à capitis vulnera interituri sunt, occupet, & an solis morituris id contingat. Posterioris partis assertor videtur esse Hippoc. Si cui, ait, è vulnera capitis moriendi necessitas imponitur, nec seruari potis est, his signis ita colligendum, &c.

Tunc meminit istius conuulsionis. Sic illa conuulsio desperratis profligatisque omnibus hominem adoritur sauciatum etimque consumit: nec aliás incidit, nisi cum resoluta parte vna, extremo ipso spiritu ac conatu natura succumbere parata est.

Ac ut res eodem filo facilius explicetur in causas conuulsionis inquirendum est, an inanitio & repletio duæ solæ sint causæ, an conuulsio ex accidenti fiat eaque ad alterutram causarum referenda sit, an vera sit, parsque quæ afflictis ita rebus laborat, conuellendi causam in se contineat. An vero ea conuulsio extremi tantum conatus naturæ sit consequens, an à morbo fiat, an à natura, an ab utroque. Num repletio, num inanitio eam afferat, an sit quid tertium. Et in eo difficultatis nodus consistit. Quod autem ad conuulsionis causas pertinet, si quis præter inanitionem ac repletionem causam aliam statuerit, paulò fortassis alienior videatur. Tamen Galenus cum de singultu agit, tertiam causam commentus est, cum tamen singultus conuulsionis rationem induat. Et ut concedam verè conuulsionem non esse, quod ad causam attinet, idem est iudicium. Et Galen. ex Hippoc. animaduertit singultum eo modo quo & vera conuulsio oriri creditur, à repletione & inanitione principium causamque ducere. Vulgo tamen inter conuulsionem & singultum differentia statuitur, quamuis aliquid affine habere videantur. Eoque primum à conuulsione singultum secernunt, quod hic sit motus quidam conflatus ex laxitate quadam & contractione. Primum enim laxat se ventriculus cibosque ea ratione deserit, nec naturaliter complectitur, deinde collectis veluti viribus scipsum astringit, magnaque totius sui corporis compressione singultum edit. Et Galenus dum agit de subuersione ventriculi docet laxitatem à copia contingere, & à nimia humiditate. Irriguus enim ventriculus per nimiam humectationem eodem modo laxatur quo & neuorum ligamenta. Vnde ventriculi contingit affectio quæ ὑπερασπός & αἰσθητὴ vocatur. Quanquam αἰσθητὴ, & nauseabundam ventriculi affectionem significat, & appetitus abolitionem Donati opinione, vt idem omnino non sit quod ὑπερασπός. Latinè supinitas ventriculi redditur & subuersio. Quanquam nomen ὑπερασπός in ea significatione non legitur apud Hippocr. sed aliter

*Com. ad Aphor.*

*13. li. 6.*

*Cap. 3. li.*

*ix. 7.*

*xxv.*

*xxv.*

*Cap. 67.*

*Pathol.*

B iii

Hippocr. libro de fracturis. Significat enim *αγορίας μωεῖς τύπος ἐπίκλι-*  
*lib. 2. στο,* cum diu pars veluti supina iacuit. Si itaque ventriculus  
*de fra-* primùm laxatur atque dissoluitur, sed deinde scipsum colli-  
*ctur.* gens constrictus, duplex omnino motus esse videbitur: ideo-  
que verè convulsio non est. Nisi quis dicat distensionem  
neruorum, quæ Græcis *σπασμὸς* dicitur) & contractionem  
& extentionem significare. Nisi enim distensionis nomen  
contractionem aliquam significaret, frustrà nomen *σπασμὸς*  
Latinè distentio redderetur. At longè aliter res habet. Nam  
cùm ventriculus nimia humiditate irriguus laxatur, non con-  
uellitur. Sed cum molesta est materia, qualitate potius quam  
quantitate infestans, tum se colligens, dum excutere rem  
molestem conatur, singultiendi occasionem affert. Audiatur  
Galenus tres singultus causas plurèse assignans, & duas tan-  
tum veræ convulsionis. Ego in convulsione tertiam causam  
" præter inanitionem & repletionem nondum reperi: singultum  
" verò sine his fieri video, acribus humoribus, aut serosis, aut  
" medicamentis stomachum mordentibus, quibus reicitis cessat  
" singultus. Et cibo mordacem qualitatem nacto singultus con-  
" tingit. Et aliis locis: Singultus est conuulsiva oris ventriculi  
*Comm.* ad part. affectio, quod os vel humorum copia grauatur, vel mordetur,  
*apb. 13.* vel propter frigiditatem contristatur. Alij ex rigore oris  
*Prorrh.* ventriculi singultiunt. Et pueri singultiunt tum ob corruptio-  
" nem alimenti in ventriculo, tum ob partis frigiditatem. In  
" quo Galenus bifariam decipi videtur. Serosus humor, aut  
piper in ventriculo dissolutum, aut corruptio alimenti ad re-  
pletionem referuntur. Sic frustrà tertiam illam singultus cau-  
sam confinxit. Denique, si tertia hæc statuitur singultus causa,  
codem modo & tertia veræ convulsionis causa ponî statuīque  
potest. Nam aura tetra infernè elata feriens cerebrum &  
conuellendi occasionem afferens, nec ad repletionem, nec ad  
inanitionem referetur. Item si ex frigore convulsio contin-  
git, quo modo ex rigore & frigore oris ventriculi singultus  
oritur, an ad repletionem, an ad inanitionem reuocabilis est?  
Si quedam tertia causa hæc constituitur, à seipso Galenus  
diffidebit. Huius hæc verba sunt: Quod verò ex plenitu-  
dine iugiter (*Κυνηγὸς* Græcè, an benè reddatur Latinè, vi-  
*lib. 6.* deatur) singultus fiat indicant pueri crebrò, cum sunt repleti,  
" singultientes. Rigor autem & frigiditas omnis cum neruosa

corpora difficilia ad difflandum reddant, causa sunt ut repleantur, atque ideo in ipsis singultiunt, hic textus bifariam contra Galen, facit. Nam & exemplo puerorum docet à repletione singultum esse: Tamen paulò antè adducit idem de pueris exemplum ut tertiam aliam causam à repletione, & ab inanitione astruat. Secundò, dum frigus & rigorem, Grècè τὸ χρύσος, quod potius rigens frigus aut crudorem interpretamur, tanquam tertiam conuulsionis causam necnon & singultus constituit, ut nec nomine repletionis nec inanitionis comprehendat, aliter longè hoc in loco sentit. Nam ad repletionem refert friges istud. Replet enim ex euentu dum spiramenta cutis stringit. At hæ opiniones longè sunt dissidentaneæ. At tantum virum, quantum Galenum agnoscimus inconstantiae insimulare nefas puto. Et fortè in aliis locis paulò largius, in aliis paulò strictius de conuulsione & singultu disputare voluit. Nam dum omnis & conuulsionis & singultus causam ad repletionem & inanitionem referimus, nimis fortassis generaliter pronuntiamus. Hoc autem sèpè erroris occasionem in medendo prætexuit. Vbi enim Medicus putat ab inanitione affectum non oriri (non enim sèpè & conuulsio, & singultus ab inanitione est, quamquam fieri non negamus) statim ad repletionem tollendam se conuertit. Vnde ut euacuationem moliatur, nullum non medicamenti genus experitur. Indéque ægris periculum non rarò inten-tatur. Vna enim cum humoribus quos frustrà medicamentum exagitat (ut potè qui morbi causæ non sint) anima ipsa euolat. Ut cum singultus à pressu costarum, à maligna aura, à perfrigeratione, à prolapsu intestini oritur, is ab inanitione quidem non est, an à repletione? Si repletio, quænam? Et quod remedium adhibendum? Itaque prudenter Galenus præter inanitionem & repletionem, nouam quandam singultiendi causam comminiscitur, quam vtinam & ad conuulsionem quoque retulisset. Sic Medici falsa repletionis opinione dicti, tot euacuantia remedia non excogitarent. Hinc nil nisi vexatio, & medentium magna sequitur calumnia. Et hæc fortè causa est quæ induxit Galenum ut tertiam istam causam adunibraret. Gorreas in Definitionibus Medicis, & Hollerius eam partem attigerunt, & rationes explicarunt quibus se eam Galeni opinionem tueri posse putarent. Hanc au-

tem quæstionem Doctiss. Scaliger Comm. in lib. decimum Aristotel. de Histor. Animalium nuper in lucem editum, explicauit. Quis negabit humorem nullo modo auctum acrem aut acidum euadere, & nervos pungere, vnde conuulsio? Et Auicennas à caliditate sine materia conuulsionem nasci putat, vt non repletio, non inanitio causa sit. Nisi forte dicat quis, fieri posse, vt is humor qui non nimius, sed cæteris æqualis habeatur: dicatur ideò abundare quod ad naturæ functiones aut pristinam concretionem inutilis sit. Et ad eandem Cæsaris sententiam accedit quod ait Gal. Com. ad Aphor. 57. lib. 5. ob cachexiam totum corpus aggrauatur sanguine, licet modum naturæ conuenientem sua multitudine non excesserit. Certum etiam est Auicennam statuisse conuulsionis epilepticæ speciem quam vocat non proportionatam ad materiam. Et ea est quæ  $\chi\tau\sigma\mu\pi\alpha\theta\epsilon\alpha\sigma$  fit, qualitate mordaci quæ rara est: & eius Galen. meniunit in locis affectis in hist. Grammatici, quæ verò ab inanitione aut repletione est ea est  $\chi\tau\lambda' \iota\delta\omega\pi\alpha\theta\epsilon\alpha\sigma$ , quamquam  $\chi\tau\tau\pi\pi\pi$  priorem illam quodammodo ad repletionem referat. Quod quoniam quæstione dignum reperimus, ab eo non fuit abstinentendum.

Paulò plenioribus velis soluimus, sed remigrandum est, cum superiùs constituerimus explicare cur morituro ex vulnero capitis pars sana conuulsione tentetur. Nam conuulsionis causas generaliùs explicare expediriéque oportuit, vt ad eas ea conuulsio reuocetur quæ vulneris occasione continet. Quod dum fieret noua quedam difficultas oblata est. Nam cùm idem forte de singultu iudicium foret, est enim singultus  $\alpha\tau\alpha\mu\mu\pi\pi\pi$ , æquum visum non est duas conuulsionis causas, ipsius autem singultus tres assignare. In quo forte constans in Galeno opinio desiderari potuit. Vacillat enim dum modò frigus tanquani quid tertium constituit, modò qualitatem ex cruditate resultantem. Sic nodus iste dissoluendus fuit, alioqui vix ea difficultas explicari potuisset. At iis difficultatibus deuoratis liberiùs excurrere licuit. Quanquam quod nunc proponitur, difficillimum est ad explicandum. Pauci enim, quos modo sciām, in ea parte elaborarunt.

Potissima quæstio est quæ nostra ingenia exercere debet, cur sana pars conuellatur, & ægra resoluantur. Cur enim pars ægra

ægra non conuellitur potius, deinde resoluitur & clanguet? Ac primùm nosc oportet, cum nostrum corpus geminum sit, dextra dextris magis consentire, & sinistris sinistra. Unde illa *εὐθυνεία*, & τὸ *καλὸν ζῆν*, toties ab Hippocrate celebratum. Tamen non desinit magnus esse consensus dextrarum partium cum sinistris, & contrà. Porrò cum fiat consensus vasorum communione, operis societate, & generis similitudine, cùmque ea quæ vicina sunt quæque propinquā primū ac maximè affici soleant, non patui refert scire quī resoluta parte finistrâ, dextrâ conuellatur, versùsque suum principium retrahatur. Ac posuimus antè duplēcēm esse consensum, vnum absolutum, alterum secundum quid, ut recentiores loquuntur. Absolutus dicitur cum (exempli gratiâ propōnatur dolor capitis) ad cerebrum ipsum nîl pertinet cor. poreum à parte communicante præter læsionem ipsam, id est, non tam fit per communicationem materiæ, quam affectionis & doloris participationem. Ob generis enim similitudinem læso neruo in parte aliqua, cerebrum, aut musculus temporalis absoluto consensu fit doloris consors, consentiens & particeps: Contrà, si dolor communicatur per materiam aliquam summissam translatam, seu sit ichor, seu exhalatio, seu spiritus, communicatio non absoluta vocari solet. Maxime verò per spiritus ipsos affectum communicari arbitrantur. Quæ opinio maximè placuit Herodoto qui nullam sectam se qui visus est magis, quām eorum qui spiritibus omnia tribuerunt, Græci πνευματικοὶ vocant. Arculanus ex Auicenna exempla proponit consensus absoluti, dolorem capitis ex convolutione, ex dolore iuncturarum & punctura nerui. In iis enim negant quipiam corporeum & materiale ad caput rapi, vt non vapor, non spiritus eò ascendat, sed aut qualitas manifesta, aut occulta, vt vis venenata. Quanquam, quī qualitas sine materia deferri possit? Alia est quorundam ratio ab Arculano adducta quæ plus habet genij quām ingenij, plus acuminis quām solidæ veritatis. Si licuerit, ea ratio à nobis exponetur. Inter exempla absolutæ communionis, possumus & alia multa enumerare. Hæc paulò plenius explicantur, quod ex iis rationum momenta ad institutum pertinentia exquirantur. Inter exempla hæc erunt. Cum quis frigus aliquod non mediocre in pedibus sensit, seu nudus in

C

18

## GVLIELMI BALLONII

frigido solio inambulet, si non longè post coryzani patiatur, aut lachrymantes oculos habeat, nunquid id per consensum fieri dicetur? An communicatio fit materiei? Nequaquam.

*Com. ad Aph. 50. lib. 6.* Item cum præciso cerebro bilioſa vomitio superuenit, nunquid communicatio est materiei? Nequaquam. Sed similitudo generis, & neruorum compassio ad id plurimum facit.

Os enim ventriculi insignibus nervis insignitum cum cerebro patitur affinitatemque habet. Nec interest, an dicamus cerebro læso præcisōque, aut eius membranis vulneratis tumultum istum in ventriculo excitari. Vtrisque enim læsis

*Com. ad Aphorif. 50. lib. 6.* vomitio superuenit bilioſa ut Galenus docet. Quanquam Erasistrati sequaces in alia fuerunt opinione. Negarunt enim

cam vomendi necessitatem induci posse affecto ore ventriculi per sympathian, nisi ad membranas affectio pertineret, Meningas enim neruorum principia statuerunt. Et ideo cras-

sum meningem ratione sui id genus nauseas, vomitiones, subversionesque ventriculi inferre posse putauerunt. Et quidam ex recentioribus solis membranis sensationem seu sentiendi actum attribuerunt: quod forte in Erasistrateorum scholam irrepererint. Nec abs re memini ipsorum Erasistrateorum,

non ipsius Erasistrati. Nam cum olim Erasistratus eam opinionem de membranis neruorum parentibus tutatus fuisset, senior factus eandem repudiauit. Cerebrum enim solūm

*Cap. 9. lib. 7.* neruorum principium esse affirmauit. Ad eam sententiam Macrobius elegantibus verbis ex professo explicat cur cum

cerebrum sit τὸ κέντρον ἀληθικὸν, ipsum tamen non sentiat, id quod à ratione alienum videtur, ut cum expers sensus sit, sensum cæteris impertiat. Docetque non esse necesse ut ipsum

tanquam primarium animæ instrumentum sentiat. Cerebrum quod tactu sui vel hominem torquet, vel frequenter intermit, non suo sensu, sed vestitus sui, id est omenti, hunc infert dolorem. Ac satis de communicatione absoluta dictum est. De non absoluta exempla apponere non est ne-

cessere, ut quæ satis per se sint perspicua. Nec alienum erit

*Ioannus Vigonijs opinio.* Io. Vigonij præstantissimi Chirurgi hoc loco verba usurpare, hæc distinctionem continent, cuius ope aditus erit facilior ad

*Cap. 16. tract. 1. lib. 3.* quæstionis propositæ penetralia. Duplicem spasmodum constituit, vnum materiæ analogon, alterum non analogon. Rursus prius membrum in duas partes direxit, ut spasmus

## DE CONVULSIONIBVS LIB. 19

materiei analogus aut sit ab inanitione, aut ab repletione. Videtur autem interpretari spasnum materiei non analogon eum qui absque materia sit. Quanquam paulo confusius. Partim enim suam omnino proponit opinionem, partim totus videtur ex aliorum opinione pendere. Et cum duas divisiones proposuerit, unam degustauit tantum, alteram inexplicatam reliquit. Et ut ex aliorum iudicio nobis aperiat quae sit vis & ratio spasmus qui non est materiae analogus, affert exemplum de punctura à re valde acuta, aut de re perfrigata. Adducit autem Aphorismum. Frigidum ulceribus mor- Aphorif.  
dax, conuulsionem, rigorem & denigrationem partibus af- 17. Cap. 20  
fert. Deinde subiungit, idque sit sine materia. Et quod fa- lib. 5.  
cit frigus sine materia per simplicem quendam consensum, idem facit punctio siue à venenato animali, siue à re acuta illata. Deinde non ita longè post adiicit, licet superiora omnino probare non videatur, si quis inde spasmus consequatur, cum materiei non analogon esse. Id est, materialis ea sit conuulsio, quod & ratione doloris affluxus in partem fiat, & ratione ipsius laesiones in parte ipsa, aut vapor, aut humor alienus, aut virus concipiatur. Et eò consilij citat Galenum (locus autem Galeni nondum mihi occurrit.) Conuulsio autem quae ob puncturam & solutionem continuatis nervorum contingit, ferè semper ab humiditate est. Cui loco non est Cap. 2.  
absimilis ille quo vult dandam perpetuò operam ut puncta lib. 3.  
rum partium ora pateant, ut calidum medicamentum affusum de cons- pos. Medic.  
pet ora vapores educat attrahatque humorem circa locum affectum in alto delitescentem. Immò plerisque placet ut nervus transuersim desecetur, ut punctum facta laesio virus non supprimat. Facta enim punctum solutione, subsistit resque fit virus formidabilium symptomaton causa & author, ut dubitem an sit plausibilis ea de re Aphrodisæi opinio. Cum problem.  
enim querit cur non ita inflammatio sequatur præcisionem nervorum, ut puncturam, rem ita dissoluit: Quia spiritus 1st. li. 2.  
inæquali functionis segmento, occurrens retorquetur, atque in se coactus stipatur ac recalescit. At præciso penitus ner-  
uo, spiritus omnis effluit & abit. Quæ verba magnum quid spirant & portendunt, sed obscurius rem exponunt, ne dicam, obscurant. Itaque patet ex Gal. & Viginio etiam in nervorum functionibus spasnum σπασμόν, materiei parti-

C ij

## 20 GVLIELMI BALLONII

cipere esse, siue multa sit, siue pauca, sed sua qualitate eam molestiam inferre nata. Quantitate enim non tam nocet quam qualitate, cum à natura alienior existit. Et ita conuulsio non analoga materia dicitur, cum affectio grauissima est, perpusilla materia existente, ut id quod contingit terribilem non tam materiam causam sui agnoscat, quam qualitatem vix explicabilem, aut partium communicationem, aut earundem naturalem constitutionem. Exigua enim mali causa in neruo est magni momenti. Vis enim consideranda τὸ ἐπιθετικόν.

Nec quæstione indignum est, an cum frigus conuellendi occasionem affert, absque materia id fiat. Id enim volunt fieri illi de quibus Ioannes Viginus ante. Sed prius diximus ex Galen, frigus (Græcè τὸ κρύος) conuulsionis, causam esse, quod difflationem prohibens neruos replet, & sic ad repletionem id referendum, & sine materia ea conuulsio non fit. Quanquam Galenus alio loco aliter sensit. In Aphorismis enim affectionem nerui à frigore penetrabili profectam ad ipsam refrigerationem retulit, quæ cogit constringitque ipsos neruos, vnde conuellendi nata occasio. Verba hæc il-

*Com. ad Aphorif.  
v. lib. 3.* lius sunt: vt non oportet neruorum substantiam à calore immodico exolui, sic nec ultra modum refrigerari, in unum cogi ac cohiberi. Melius Græcè Κωνίγης ὁ φίλος τοῦ. Et nescio quid in mentem venerit Galeno ut non admittat letionem vulgarem Hippocratis quæ est eiusmodi. Frigidum facit conuulsiones, denigrationes, & rigores febriles: sed ita legendum putat, frigidum Tetanos facit & rigores, qui ipsi conuulsiones, nigredines, & febres afferunt: sed hæc obiter. Nam & legimus, τὸ ψυχόν, τὸ κρύος, τὸ πῖσσας, conuulsionis veram causam esse. An id fiat per repletionem an non, an simplici quodam modo & sine materia, ipse ex superioribus colligas.

Explicatâ consensu varietate, vt unus absolutus, & sine materiei, saltem quæ sub sensum cadat, communicatione, alter cum materia, ad veram rei quæ proponitur explicatio properandum videtur. Leuis tamen scrupulus animo nostro inhæret quem eximere melius est, quoniam ad superiorem disputationem pertinebit. Arculanus inter ceteros distinxit eum consensum absolutum, & non absolutum. Galenus paulò aliter

## DE CONVULSIONIBVS LIB. 21

sensit, sed eodem recidit eius opinio. Duplicem enim stauit sympathiam, vnam per communicationem aut vaporis, aut humoris fieri putat, alteram per priuationem aut facultatis, aut materiei aliundè ad edendam actionem suppetentis.

Priorem modum Neotericus scriptor absolute & positivè fieri dixit: Est enim materiae communicatio. Et ut concedam aliundè aut humorem aut vaporē traduci, tamen pars quæ per consensum afficitur illæsa dici non potest: & à parte affecta aliquid ad partem quæ per consensum laborat transmititur: ut cum in febre continua synciput laborat per consensum viscerum malè affectorum. Non tamen definit laborare ea pars à qua prima mali labes, & cui alia tantum consentit. Nam quæ sunt vicina quæque propinqua, & quæ ὁμογενή, primùm ac maximè afficiuntur, κοινωνία enim id facit.

Et ad eam rem præclarè Galenus, οὐτε τὸν Συμπαθεῖαν ηγετούς τοσίμαλα, τότεν οὐδὲ τοι λυπητὸν τὸν εἰς αρρών παθόν: Id est; qui-  
cumque morbi per consensum contagionémque fiunt, primariū  
morbū nullo modo tollunt. Et alibi; Pauci morbi  
longi fiunt per sympathiam, & absque loco patiente: Qui  
locus est notandus. Quod Hippocrates demonstrat; dum ra-  
tionem reddit cur iis quos gibbositas inferiore spinæ parte  
occupat, renūm dolores & vesicæ superueniant, & tamen  
gibberositas non adimitur. Id quod intelligendum synce-  
riūs & cum Diorismo. Nam si materia tuberculi quod gib-  
bum & genuit & aluit, aliò transferatur, per istam μετάγασιν  
humorum morbiforum aut varices, aut dysenteria oboritur,  
hinc gibbi solutio contingit. Quanquam & abscessus oboriri  
potest, gibbum non soluturus, vt eodem loco annotat Hip-  
pocrates. Sed si dolores renūm, aut vesicæ oboriuntur per  
sympathiam, hęc ratio priorem affectionem, nemipè gibbo-  
statem, non exoluit. Quia non sit μετάγασις, humoris tuber-  
culorum spinam intorquentium, parentis. Nunc ad reliqua  
progredundum. Repetendus est enim orationis cursus. Ergo  
sympathia duplex est, vna per communicationem materiae,  
altera per priuationem. De priore dictum est: posterior quæ  
per priuationem sit ita à Galeno explicatur; Quibus partibus  
vel materiei vel facultatis suppeditatio corruptitur ( Græcè  
ἀγριοθείειν) alij legunt, non transmittitur, actionem lādi ritè  
dixeris, parte ipsam edente illæsa. At si à vaporibus & hu-

Cap. 6.  
lib. 1.  
de los.  
affect.

Hippocr.  
lib. de  
humor.  
Gal. cō.  
ad part.  
9 lib. 3.  
de artic.  
ad part.  
9 lib. 3.  
de artic.  
Com ad  
Aphorif.  
29 li. 2.

C ii

moribus ipsa lœdatur, eam non rectè illesam dixeris. Facultas porrò vel cum essentia ad partes diffunditur, vel sine essentia. Cam essentia ad neros visiones dicatos, sine essentia ad crura. Id quod controuersia vacare non videtur.

Porrò in rei propositæ causis explicandis multi elaboraverunt. Nec planè constat quæ sit vera ac germana istius convolutionis partis oppositæ causa. Alij alia excogitauerunt, quæ tamen ad examen reuocari debent. Quibusdam videtur id fieri propter spiritus & sanguinis partis sanæ consumptionem; idque ob inflammationem sauciatae partis. Et credibile est partis sanæ naturam sedulam ac sui diligentem suas copias ac suppetias ad partem lœsam misisse, vnde ea pars sana postea paupertate spiritus & sanguinis laborat. Quod autem sit inflammatione partis lœsa, declarant pustulæ ac velut phlyctæ quæ à parte inflammata in linguam exudant. Ni dixeris eam saniem quæ per os fissum transcolatur dum morâ deteriorem acquirit qualitatem, per choanam seu πόλων refundi. Quæ dum linguam proluit pustulas in ea suâ acrimoniam excitare potest. Ea enim cauitas quæ Choanam facit, incipit inde ubi duo meatus coeunt, unus ex fundo medij ventriculi, alter à meatu in postremum ventriculum: desinit autem in glandulam cerebri & duræ meningi in clinoide subditam, quæ pittuitam ex medio ventre per hunc ductum, tanquam per infundibulum transcolat in palatum & nares. Sic cum ab imo cerebro sanies exprimi possit, non mirum si in lingua pustulæ efflorescant, licet etiam non præcesserit inflammatio. Ita enim Hippocrates: Si os capit is fissum fuerit, ferrani adhibe, ne in ossis fissuram sanies influens membranam cerebri putrefaciat. Nam per angustias subiens, nec inde exiens affigit & hominem furere facit. Vbi notabis & saniem à péricranio manantem, aut à Diploe ipsa per os fissum in membranam diffusam posse postmodum transcolari diffundique in cerebrum. Si in corpore ipsius cerebri maneat, furendi occasionem afferet, si in ventriculos fluxerit, & ab iis per choanam refundatur, in ore pustulæ excitabuntur. Quamquam fortè ut mors consequatur, aut formidabilia symptomata consequantur, membranas vitiare non est necesse. Ita enim ante de Euergetæ filio explicatum est cui mors obtigit ossibus liuefactis, sed imputri membranâ ut Hippocrates obseruat.

Prima  
ratio.Lib. de  
locis in  
homine.

## DE CONVULSIONIBVS LIB. 23

Ac primæ rationis autor de inflammatione partis læsæ cuius occasione sanguis & spiritus absuntur, aliam & rationem astruxit. Ait enim conuelli partem sanam, resolutâ ægrâ per translationem humoris morbifici à parte læsa in ægram sanam. Hic enim humor cum teter sit, in cerebro aut convulsionis aut furoris occasio existit. Si vi naturæ in faciem effunditur, Erysipelas promouet quod solutionis morbi, & vitandi periculi causa obseruatur. Sin pars frustrâ nititur excutere illam saniem & virus, concussione frustrâ tentatâ, lib. de motu conuulsu id extundere ac exigere conatur. Et cum vulner. in vanum id fiat, consternatur Natura, ac viæta morboque cap. superata procumbit. Sed de ea ratione postea viderimus.

Aliis æquius esse videtur & rationi conuenientius si ad simplicem sympathiam quæ sine materia fit faltem analogâ, confugerint. Diximus enim consensum esse dextrarum partium cum sinistris. Id quod audiendum tum de vicinitate loci, tum vasorum communione & operis societate. Et ut concedam sinistra sinistris  $\tau\alpha\tau\eta\zeta\eta$ , maximè consentire, non desinit esse consensus sinistrarum cum dextris: dummodo id non extendatur longius. Ut non conferatur dextrum brachium cum sinistro pede, sed dextrum brachium cum dextro pede, & sinistra pars capitis cùm dextra. Ac credo ita utramque consentire ut facilis sit  $\mu\epsilon\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$  ab una in alteram. Id quod declarant pleuritides. Sinistra enim pleuritis facile succedit dextræ ut fiat  $\mu\epsilon\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$ . Quod & in capite usi- Par. 27. uenire potest. Ac Hippocrates scripsit. Frequentes in phreniticis permutationes significare conuulsionem. Græcè,  $\kappa\alpha\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$ . Qui locus audiendus est de symptomaton mutatione, ut modò deliret, modo ratiocinetur quis, modò surdus, modò fiat  $\alpha\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$ . Atque ista  $\mu\epsilon\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$   $\mu\epsilon\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$ , sit ob humorum  $\mu\epsilon\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$  transfluxiones & demigrationes à parte in partem, etiam in cerebro ipso, ut à neruis in parenchyma ipsius cerebri (ut si dicam) aut in omentum, id est, in membranas fiat translatio. Si enim causa aliquo loco fixa sit, firma fixaque sunt symptomata, ait Galen. Immò in cerebro ipso fit  $\kappa\alpha\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$  &  $\mu\epsilon\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$ , id quod Galenus eo modo explicat; Si alias, ait, ex alia parte cerebri humor contristans in aliam cerebri partem defluat (Græcè ὁ χυμὸς  $\kappa\alpha\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$ ) & neruis à cerebro natís incidat, conuulsionem  $\kappa\alpha\tau\alpha\zeta\omega\varsigma$ .

Hippocr.  
7. Epid.  
Secunda  
ratio.

Hippocr.  
ad finē  
lib. de

Par. 27.  
lib. 1.  
Prorrh.

## GVLIELMI BALLONII

affert. Quidam tamen in cerebro ipso istum fieri ~~xeropipr~~,  
 » id est, defluxum negant, sed si manat tabum à parte in par-  
 tem, id per expressionem quandam fieri autumant. In cere-  
 bro quippe, ut & in toto corpore dextra, aut sunt sinistris  
 valentiora, aut contra. Quanquam notandum est quod Hip-  
 pocrates scripsit de dextrarum partium cum sinistris compa-  
 ratione. Dum enim agit de secundis purulentis, iubet ut  
 corpus hoc & illuc vertatur, quò audiri possit contentæ in  
 thorace materiei fluctuatio & strepitus; deinde subdit: Optan-  
 dum esset ut in sinistra potius parte humor educendus conti-  
 neretur: Nam dextras vrere ac secare lethalius est. Quò  
 enim robustiores sunt partes dextræ sinistris, tantò etiam for-  
 tiores dextratum morbi existunt. Hoc paulò incredibilius  
 possit videri: tamen est Hippocraticum. Et est alius locus pla-  
 nè similis lib. 2. de natur. hum. particul. 5. Qui morbi à for-  
 » tissimis membris fiunt, sunt robustissimi & grauissimi. Si in  
 » parte maneant, necesse est fortissimo laborante, turbari cor-  
 » pus vniuersum. Si à fortissimo in imbecillum venerint ægrè  
 » soluuntur si ab imbecillio ad fortius, facilè soluitur. Pro  
 partibus dextris locus est etiam notandus apud Arist. cum  
 quærat cur somnus magis accedit cum parte dextra cubamus.  
 Quia est priuatio motus, somnus: ergo oportet ut hę partes  
 quiescant, quarum est proprium mouere. Dextrarum autem  
 partium mouere interest, ait Aristot. problem. 5. lib. 6. Hoc  
 quoque attigit Macrobius Saturnal. lib. 7. cum in succum ci-  
 bus reformatur, iam iecoris cura succedit. Est enim iecur  
 sanguis concretus, & habet natuum calorem quo conjectum  
 succum in sanguinem vertit. Hunc calor iecoris administra-  
 tum per venarum fistulas in sua quæque membra dispergit,  
 parte quæ ex digestis frigidissima est in lienem refusa. Lien,  
 vt iecur caloris, ita frigoris domicilium est. Nam idèò omnes  
 dextræ partes validiores sunt, & debiliores sinistræ, quia dex-  
 træ regit calor visceris sui, sinistræ contagione frigoris fini-  
 stras eas partes obtinentis, hebetantur. Ideò Hippocrates 1.  
 de morbis mulierum dum loquitur de resiccatis vteris,  
 vocat autem ~~m̄s m̄r̄as c̄ur̄as~~, aut eos desiderio cu-  
 iusdam humiditatis prurire ac titillari. Quod vt expleant,  
 partes superiores appetunt. Hinc suffocationis vterinæ oc-  
 casio. Maximè autem hepaticæ appetunt ~~vteris~~ & ~~in pœna~~. Quia

715

*W̄is ixpud̄s fons est hepar, id est benigni & gratiōsi humoris, cuius est appetens vterus.* Denique Hippocr. 2. Epid. Circa naturam (ait) plurimam vim habet mamma dextra: oculus dexter & quae infra sunt hac parte. Tamen id videtur esse controuersum apud Galen. Com. ad part. 44. sectio. 2. lib. 6. Epid. Cum q̄æritur de foetu qui concipitur in dextra parte vteri, aut in sinistra. Itaque, si partes cum partibus confe-rantur, sinistræ dextris vi sunt impares. (Quanquam contra Hippocratem Aphrodisaeus dixit dextram partem sinistrā esse sanatu faciliorem, sed de hoc videris.) Ut non sit mirum si inter has partes dextræ facile in sinistras id oneris quo gra-uantur, deponant. Quare & vicinia, & op̄is societate, & communione vasorum dextra sinistris maximè consentiunt & coafficiuntur. Vnde illud Hippocratis: Confluxio vna, conspiratio vna: consentientia omnia. Iuxta quidem corpo-  
ris naturam omnia conspirant: Iuxta verò partem, partes in unaquaque parte ad opus. Multò clariūs alio loco: τὸ σῶμα  
nārtn αἰρόμενον, ἀραπίέον καὶ χωρίζον: id est, vndiquaque pa-tens, spirans, & motum. Obscuritas in verbo νύμενον latet. Nam id vel ad magnum partium inter se consensum refertur, vel ad orgasmum & incitationem naturalem quam singulæ partes habent. Nam mutuò se respiciunt & adiuuant. Hinc vulnerato pede, affluit è longinquis partibus sanguis & spiri-tus ad suppeditias ferendas. Læso pedis calce cerebrum com-mouetur. Vtero semen concipiente, cerebrum id persen-tiscit. In hysterico strangulatu, omnes partes coafficiuntur. Et illud est præclarum Hippocratis de mulieribus quibus cum sanguis fluere incipit, venis vteri apertis omnes totius cor-poris venæ καὶ πρήγματα, καὶ τὸ δλον σῶμα καὶ παρρήγματα, quod verbum elegans est, & non satis, meo iudicio, Latinè red-ditur, corpus disrumpitur, discinditur. Est enim illius verbi vis magis efficax, & ἀνεργήτωτεξ: Tandem per illud solenne axiōma concludam: Corporis principium nullum est, sed omnia similiter principium & finis. Circulo scripto prin-ci-pium non reperitur. Magna est vis ipsius consensus: maior s̄epē difficultas vnde, & à qua parte prima mali labes. Di-ximus antè ex Galeno quod morbi qui per consensum fiunt, primarium morbum non tollunt. Ut dolor capititis in febre & à febre, febrem non tollit. Sed maior difficultas in con-

*Lib. de  
alimen.**Lib. de  
locis in  
homino.**Lib. 1.  
demorb.  
mulier.**Lib. de  
locis in  
homino.*

D

seniū partium, quia pars exigua affecta magnas in corpore turbas concitat. Declarat facile punctio nerui. Vnde ignoratur sèpè quò referenda prima mali origo. Et hīc dixit Hippocrates (dum tacitè consentiendi vires admiratur) omnia principium esse & finem. Totum corpus sibi ipsi simile est, & parua pars omnia habet, quæ & pars maxima. Deinde subdit eleganti vtens verbo, quicquid minima pars perfert, ἐπαφές τοις οὐσεῖν, id est, ad partes affines, & gentilitio velut iure cognatas refeit: vnaquæque ad suam, siue bonum, siue malum, ideo corpus dolet & lætatur, ἐπειδής οὐκόποτε, id est, ob minimam affinitatem, vel potius ἐπειδής ob affinitatem οὐκόποτε, rei & partis minimæ, ut genitius οὐκόποτε, referatur ad μέρη, id est, partis, non ad genitium: vnde subdit, nam in minima, Græcè τῷ οὐκόποτῳ, suppl. μέρη omnes insunt partes, & hæ ad gentiles & cognatas sibi ipsis singula transferunt & denuntiant, Græcè εἰδῆλοι. Sed hæc licet præter institutum dici videantur, ex iis tamen ad ea quæ proponuntur, rationes ercentur. Declaratur enim vis & facultas & Cura.

Quarta  
ratio.

Inter rationes allatas ea fuit potissima qua dicebatur natura à parte lœsa excutere materiam in partem sanam: Ethic conatus est naturæ in secernendo eo quod putrefactum est & corruptum à fano & integro. Sic Hippocrati in vulnere capitis os liuefactum & arefactum discedit. Sic in vlceribus

Lib. de  
vulner.

caro renutrita secernit id quod à medicamento putrefactum est, idque iuxta doctrinam Hippocr. Sic dum iste est conatus naturæ, & species quædam χριστι, resoluta ac ignaua parte dextra, sinistra aut motu concussio, aut comuulsio ea re quam sibi molestam sentit, vult se liberare. Docuimus enim ante quomodo faniem istam, natura, quâ data porta, vult amandare à se, vnde pustulas in lingua & erysipelata, excitat in vultu. Inmo longius propelleret si posset, & si via-

lib. de  
cap.  
locis in  
homine.

Hippocr.  
¶. Epid.

beneficio ac fauore iuuaretur. Quò pertinet commorabilis historia Metrophanti filij. Hic in capite percussus est ab alio puero idque ostraco, duodecima die febricitauit. Occasio fuit quod cum partes circa vlcus detergeret, perfrixit: labia statim sunt eleuata, cutis vltérius ab vlcere attenuata est; cum autem fectis esset non tardè, pus non effluxit, leuationem non sensit. Iuxta aurem videbatur suppura-

## DE CONVULSIONIBVS LIB.

27

rari, & in maxilla dextra (circa dextram enim vlcus erat) tamen hoc suppuratum non est, sed citò dexter humerus suppuratus est: mortuus est circa 24 diem. Non est resolutus parte dextra quæ affecta erat, non conuulsus oppositā: Quia natura adhuc potens  $\chi\&\ell\ i\zeta\pi$ , excussum & depositum in humerum partem materiei. Ac Hippocrates aliam superiori attexuit historiam eius qui autem doluit, deinde factus est  $\ddot{\alpha}\phi\varrho\oslash$ , & dextrarum partium impotens. A sinistris distortus est sinister oculus grauius dolens, collum quoque induxit. Hæc historia aliquid affinile habet ei questioni in qua laboramus. Nam cum dextra auris dextreque partes laborassent,  $\alpha\kappa\pi\alpha\tau\alpha$  quæ est germana & affinis  $\omega\delta\chi\lambda\nu\sigma\alpha\omega$  in partes prius laborantes incidit,  $\pi\lambda\omega\pi\pi$  &  $\omega\lambda\pi\pi\pi\pi$  in sinistrum oculum, id est, sinistra pars conuulta est. In quo admirabilis est motus, inclinatio & conatus Naturæ. Inde colligere est in morituris à vulnere capitis partes lœtas resolui ac effeminari: alias verò sanas excussa in illas virulenta sanie distortueri ac conuelli. Natura enim semper conatur hoc virus amandare; Vnde vidimus in nobili viro Villanouano, cum media cerebri pars ob ictum concussa foret, vnde sensim abscessus ea parte altus, conceptus ac nutritus est, conquestum illum de intolerabili dolore cōque fugaci ad utrumque tempus & frontem, cum tamen ea parte non foret abscessus. Vnde id? excussa vi naturæ portiuncula tenuioris sanie à maiore quadam mole puris medio cerebro contenti, desectæ & manantis. Et talis sanies implacabiles dolores excitabat, conuulsiones alioqui si in ventriculos cerebri immigrasset, prouocatura. Vnus enim & idem humor varia edit symptomata pro variis partibus quas obsidet & occupat. Observatione autem dignum est quod ille nobilis Villonouanus interiit centesimo die à lœsione & ictu, cum magna ossis frontis pars abscessisset, & vulnus solidatum fuisset. Interiit enim ab abscessu cerebri. Abscessus autem à concussione erat. Mirum cur abscessus cerebri non illum sustulerit citius. Diximus alio loco cerebrum, quia sedes est humidi & frigidi, ipsum per se non facile inflammari ex Hippocratis sententia: Item in partibus carnosis & humidis facile & inflammationem & caniculum ab atrâ & adurente bile concipi: non facile autem in cerebro, quia temperamentum frigidum & humidum resistit. Id quod Aphrodisaeus accurate explicauit. Et non ita pridem

D ij

in Collega nostro; qui abscessu in simo hepatis concepto, febre lenta extabuit, idem obseruauimus. Nam cum simus hepatis abscessu detineretur, dolores etiamnum sentiebat circum membranas hypochondrio dextro obtentas. Vnde hoc per cœcos ductus resudabat ichor acer à simo hepatis in gibbum, & ab hoc in vicinas membranas, & in diaphragma ipsum, ibi dolores acerrimos concitans.

At obiiciat quis. Si illa sanies in dextra parte cerebri continebatur, cur non prius conuulsionem in parte laborante excitabat, & non paralyzin partis læsæ, conuulsionem autem sanæ afflictis iam rebus prostrataque Natura? Facultas enim partis læsæ nondum fatigata etat. Sana verò pars facile sese liberare potest cum omnia eius bona sunt integra, aut parum afficta. At magnus est naturæ conatus tum cum mors intentatur, & dissolui ea debent quæ nexu admirabili sociata fuerunt ac colligata. Id maximè à Galeno docetur libris de pulsibus, οἱ διοικύσαντες διάμεις τὸ σῶμα, ἀράγχης πόνος καταλαβόντες, οὐφορέπτεροι ἐπεργύζοντες. Loquitur de pulsu qui desperatis animam agentibus Medicos fallit, quia tum editur maiore appulso venæ micantis. Natura enim conatur quasi pugnam instaurare. Et hic bonus pulsus fallax est, & tantum extremi naturæ conatus signum. Vnde illud antiqui authoris:

,, *Acerrima est virtus quam ultima necessitas excutit.*

Maximè verò eluent terrifica symptomata, si corpus validius est florens ac iuvenile. Id quod vulgus satis aptè enuntiat cum hunc aut illum vi violentiaque mori dicit. Causa enim morbi morbisque inferiora viribus videntur, sed tandem eas externunt vel prosternunt. Immò etiam nemo ferè sine conuulsione mori dicitur, præsertim si quid est quod resistat. In febre lenta nil est criticum sæpè, quia nulla irritatio, nulla lucta quæ certamen decernat, nulla maior vis & impressio, vnde sensim & ferè ἀλυπώς ægri extabescunt & consumuntur. Ignis enim tandem defectu pabuli θεοβεννίαι: iuxta sententiam Hippocr. Hominis anima semper producitur

*Part. 5.      secl. 5.      (Græcè ἀεὶ φύεται, id est, λέγεται τῆν, πελεγίαν, & alio loco, lib. 6.      ἀνέρεται) usque ad mortem, sin igne incandeat ac desflagret, Epid.      Hippo. 1.      una cum morbo & anima corpus depascitur. (Quidam τὸ de dicit. φύεται explicant, id est, anima incumbit in augendo, coquen-*

do, secernendo.) Alij maiore vi moriuntur, vnde Tull. Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facile diuellitur. Hæc autem fiunt cum inæqualiter partes afficiuntur, cùmque pars vna grauiter affligitur, aliæ partes ferè sunt immunes, aut leuissimè afficiuntur. Tantò autem magis id fit, quantò pars exquisitiùs sentit. Id quod in vulnere capitis contin-  
git. Nam exigua sanics, in angusta paruáque capitis parte conclusa, tanti est momenti ut corpus consumat ac dissoluat, reliquis partibus integris & intaminatis. Id quod non faciat vicecupla portio sanici in alia parte. Adeo magni est mo-  
menti arx illa rationis & animæ tribunal. Et Galen, ratio-  
nem reddens cur qui repente capite dolent mutique & ster-  
tentes redduntur, intra dies septem pereant, ita ait; Partes  
principes non diu ferunt fortes simul ac diutinas passiones,  
etiamsi ad sensum exiguae videantur: vnde illud; Nullum  
capitis vulnus leuiter contenini debet? Et alio loco Hippocr.  
Parua causa medelis remediisque exoluitur nisi si quid circa  
locum partemque principem laboret. Quò pertinet, ne quis  
decipiatur more vulgi magnitudine cuiuspiam rei, præclarum  
illud Galeni multa in Medicina sunt, quæ licet grauiora esse  
videantur, mitiora tamen revera & minùs formidanda exi-  
stant. Grauiora enim sunt ea in quibus maiores sympathiæ,  
& consensus eueniunt. Nam quæ nullam cum præcipuis  
partibus sympathiam afferunt, sed per se ipsa iudicationem  
faciunt (Græcè καὶ οὐτὰ τὸ χρίσιν πολέμοι) minùs sunt perni-  
ciosa, licet vehementiora esse videantur. Alia enim graua  
sunt τὴν φαγεσία, alia τὴν δυνάμει. Illud præclaro exemplo  
innotescit sumpto à fractura costatum, aut contusione carun-  
dem: Ita Galenus, fracturæ quidem costarum cum simplices  
sunt & solæ speciem grauioris contusionis præse ferunt, vi-  
tamen sunt mitiores, & absque periculo curantur. Malè tex-  
tus Latinus factus est, & ferè sine sensu: Verba Græca sunt,  
τὴν φαγεσία τὸ πλευρῶν, ὅπερ ἀπλᾶ γέ μόνα γένησαι, τὸ μὲν  
φαγεσίας χαλεπότερον τὸ πλευρῶν ἔχει, τὴν δυνάμει δὲ ὀπίσκε-  
σίαν: id est, fracturæ costarum simplices & solæ, speciem  
quidem difficiliorem & periculosiorem habent quam contu-  
siones ipsæ, tamen vi & facultate mitiorem, id est, φαγεσί-  
ματα πλευρῶν τὴν φαγεσία χαλεπότερον εἰσιν πλευρῶν, ἀλλὰ  
τὴν δυνάμει ὀπίσκεσθαι εἰσι. Nam cum intrò impellitur fracta

D. iii

Cicero  
in Cato-  
nem aiso;Com. ad  
Aphor.  
st. lib 6.  
Lib. de  
vuln.cap.  
Galenus  
Comm.  
ad parti.  
54. li. 3.  
de artic.Galenus  
ibid.Textus  
deprava-tus.

30

**GVIELMI BALLONII**

costa, aut contusa est, non iam simplex est affectio, plusque periculi affert contusio, quia communicatur pulmoni, quam fractura ipsa. Adeo magni est momenti cum aliis partibus sympathia, iis praesertim quae principem in corpore locum sortiuntur. Illud elegantissime Latinâ lingua explicauit Celsus. Dum enim oculorum morbos à morbis aurium distinguit, quoniam utraque pars ut est affinis cerebro, ita affinitate malorum & symptomatum idem cerebrum videretur attingere, ita scripsit; Aurium usum proximum à luminibus nobis natura dedit: sed in auribus aliquantò maius periculum est. Nam vitia oculorum intra ipsos nocent, aurium in flaminationes doloresque, interdum etiam ad dementiam mortemque præcipitant. Nam cum cerebro communicatio fit. Nota formam loquendi, vitia intra ipsos oculos nocere, id est, alio malum non transfertur, & Crisis intra eos fit, quod Hippocrates, ut supra dixit, vocat ἔχει τὸ κρίνω (non κράσιν, ut legitur male in textu Basiliensi) καθ' εὐθέας. Itaque ut concludam tandem multa sunt quae φαραρία grauissima esse videntur, quae tamen τῷ δυώματι mitiora sunt: ut contra multa quae per se exigua, & τῷ φαραρίᾳ videntur, quae tamen multum periculi neglecta sunt creatura. Quod Hippocrates obseruauit dum explicat morbos qui plerisque contigerunt, glabritiem capitis & menti ossium denudationem & casum, hæc autem quibusdam sine febre; deinde subdit, οὐδὲ ταῦτα φορέατε τὴν κακίαν, non autem γέγονον, ut male in codice basiliensi: id est, τῷ φαραρίᾳ formidanda erant, sed τῷ δύοματι, periculi erant expertia. Hæc eō pertinent ut adhibita iudicij norma, & rerum natura diligenter inspecta ac indagata, non ad sensum res æstimemus, sed rem à re & morbo à morbo accuratè distinguamus.

Diximus ante (ut reditus fiat unde digressio, exigua puris parte in abscessu particulæ cerebri collecta, mortis necessitatem ingruere: unde forte alia pars cerebri integra contra viam mortis sese opponens, trahenti fato (ut ita dicam) cedere non velit. Sic cum una pars extreme laboret, altera tuta sit, ut sequatur partium alioqui integrarum dissolutio, praesertim in iunioribus, cum febris tantum quedam symptomatica sit, id sine maiore quadam vi & renixu fieri non potest. Et hanc conuulsionis partis sane occasionem quidam affirmant. Vi-

*Celsus*  
*cap. 7.*  
*lib. 6.*

*Part. 22.*  
*sect. 3.*  
*lib. 3.*  
*Epid.*

dimus seruulum quendam annos natum tredecim capite sauciatum idque hyeme: hunc grauissima comitata sunt symptomiata, quæ moriendi necessitatem attulerunt. Cum eius hera sumptuum metu chirurgos aduocare nollet, ignorans quanti momenti hoc in capite vulnusculum foret, muliebria quædam & anilia medicamenta applicauit. Fisum erat os, & explorando chirurgi post duodecimum diem cognōrunt, ferāque opus esse renuntiatunt. Hi contumeliā affecti sunt, quod carnificum more ægrum excruciare & crudeliter tractare vellent, cum tamen toti in miselli salutem incumberent. Existimabat hera eos rem paruam attollere, quo plus proficere viderentur, & plus nummorum emungerent. Tandem illius inhumanitatis fructus in caput miseri ægri redundauit. Nam cum præiudicata ignaræ mulierculæ opinio, & pecunia præposita fuisset clamantis ægri saluti, funestus exitus piaculo dignus est infecutus. Vulnus enim sanabile, inhumanitas illius insanabile reddidit. Mors cita non fuit, quod hyems, quod florens ætate foret. Mirum est, immo omni opinione maius quod contigit. Nam octauo ante obitum die, & sequentibus, de incredibili partium, aliarum post alias, dolore conquerebatur. Mox pes dolebat, deinde præeunte isto inniani dolore, pars emortua elanguebat. Sequenti die crus idem patiebatur: & sic singulæ partes, aliæ post alias extinctæ sunt ac demortuæ. Præcesserunt & *Αὐστηροὶ* conuulsionibus similes. Sic duodecies penè mortuus (nam vim ipsius dissolutionis & mortis singula quæque pars pertulerat) tandem consumptus & mortuus est: & τῷ πόνῳ ἀποίων ἡ σχυροτάτων ὄφελος οἱ γάρ τοι, ut loquitur Hippocr.

Hippocr.  
lib. de  
vulne-  
rib. cap.

tus, nec lamenta homunculi diremptum violentum singulæ partium patientis auaræ mulierculæ animum mollire ac flectere potuerunt. Et ita viuus (ut vulgus loquitur) mortuus est. Idem penè contigit nobili mulieri. Huie cum obortus tumor foret in mala dextra, discuti non potuit: tandem ad suppuratum venit. Id quod effluebat tetri erat odoris. Interna per os fuit eruptio. De applicando foris cauterio cogitabatur. Mulieres ut amantes sunt sui, & cura cultus sui quia eripi non potest, impetrari ab iis id nequiiuit. Pus suppressum. Tandem, cum sat benè habere videretur, repente in genu dolor incredibilis ortus est, hinc horror, hinc repen-

Celsus

## 32 GVLIELMI BALLONII

tina mors. Vnde dolor tam repentinus? Quid pro foribus mors erat, & in coniugis sui sinu repente extincta est. An à maxillis ad genu ipsum vis maligna morbi se inclinavit cò materia translata? Nequaquam verò. Sed quia vi extingui emorique partes oportuit quæ spiritu, sanguine & vitâ plenæ erant. Nec enim nouum est ante obitum, cum iam in propinquuo mors est nefcio quos dolores inenarrabiles & inexplicabiles excitari, de quibus ægri queruntur, vel quòd tales actu dolores sint, vel quòd ægroti comminiscantur. Id obseruauit Celsus, & ex antiquissimis scriptoribus defumpfit. Verba eius sunt cum signa proximè aduenientis mortis explicauit: Dolores etiani circa coxas & inferiores partes orti, si ad viscera, id est ad ilia vel diaphragma transierunt, subitoque desierunt, motrem subesse testantur, magisque, si alia signa accesserunt. Duobus his exemplis pater conuulsionem, tremorem, immaneisque dolores sequi aliquando cum febris non est insignis ( nam tunc hominem facile consumit ) cum ætas florens iuueniléque corpus est, & satis exiguum vulnus, quod negligentia lethale est. Et tamen non videtur homini necando satis. Nam non nisi vi quadam corpus dissoluitur. Vulgus ita loquitur, hic corde sano existente interit. Sic fieri potest ut sanæ partes præsentientes quodammodo dissolutiōnem sui, conuellantur, non translata fortè materia à læsa parte iam occumbente, non consumptione spiritus ab inflammatione, sed quia parti sanæ est pereundum, & violenta partium dissolutio & diremptio subeunda. Id quod concusione, horrore, distentione, conuulsione, tanquam extremis præfidiis nititur assequi. Vnde patet eos qui peste intereunt, cum facultatibus reliquis integris, vitalis vim patitur, quodam horrore perhorrendo & vehementissimo prehendi, & sic repente interire. Et quidam alij, tum cum mors ipsis hæret præcordiis, seipsis validiores, vegetiores cibique appetentes redduntur. Imo omnia agunt quæ & fani ipsi. Id, quod extremi Naturæ conatus signum est. Maximè verò id sit cum pars princeps laborat, superstite aliarum partium & sensu & integritate. Id autem non in omnibus cernitur, cum quidam sensim intereant, alij non nisi vi quadam, & cum acerimæ virtutis residentis significatione. Id quod Aristotel.

*Arist. li.  
de Rsp.*

explicauit. Leuibus morbis in senectute obortis citò ani-

mantia

mantia moriuntur. Nam quia tum exiguis calor est, cum in diuturna vita plurimum sit exhaustus, quæcumque partis contentio adhibetur, celeriter extinguitur, vt si tenuis & modica in eo flanima inesset quæ patuo impulsu restinguatur: ob eamque causam sine dolore est ea mors quæ in senectute obrepit. Senes enim moriuntur sine maiore impulsu, nec animi dissolutionem, atque discessum à corpore sentiunt.

Nunc duas illas coniecturas expendamus, priorem de secretione & separatione eius quod viuit, ab eo quod elanguescit, tabescit ac emoritur. Posteriorem, de specie quædam *xp̄ior̄as*. Iste enim ultimus naturæ conatus in convulsione, præsente languore ac paralyssi partis læsæ, *xp̄ior̄as* æmulus est. Nunc de priore quam tamen paulò ante degustauimus. Hippocrates disputans de sccessu ossis læsi & squallidi ab osse viuo ac humido ita scripsit: Os quod discedere debet tunc discedit cum plutinum exangue factum est. Resiccatur enim sanguis in osse & tempore & medicamentis. Et quod quamprimum exaruit, ipsum discesserit à reliquo osse viuo & sanguinem habente, id constat, &c. Idem & alio loco vt ante diximus. Est enim credibile si carnes sunt *άλοι*, id est, atrahunt familiarem naturæ suæ succum: & si raro spirans, vt loquitur alio loco, attrahit ad se sanguinem, cur non expellit id quod naturæ suæ contrarium est? ynde id quod est sanguine vber, spirans, viuens, fugat & amandat à se id quod contrario modo affectum est. Itaque si os viuum id fugat & reiicit quod euaniendum est & emortuum, cur non pars capitis cerebriue illæsa, sana, viuens & spiritu turgens alteram partem velut sphacelo & marcore affectam fugare conabitur, vt ab ea discedat ac diuellatur? Id quod motu extraordinario ac critico conatur efficere. Et quia moriendi necessitas adest, id motu concussivo aut convulsiuo (quia alia ratio defit) facere annititur. Quod dum frustra facit, rebus conclamatis, sic convulsum animans occumbit. Si ratione exonerationis sanici à parte læsa in sanam id fieret, id potius alio tempore, & non expectaret natura tempus ipsius mortis ad exclusionem materici virulentæ in partem sanam. Docuimus ante erysipelas in facie salutariter apparere, vt quasi excusso ichore vulnus purius existat.

*Altera coniectura de specie xp̄ior̄as est persequenda. Non*

E

est nouum ut conuulsiones, maniae, furores aliquando circa  
 Apho. 5. crises fiant. Immò quod mirum mania per *excessus* soluitur,  
 lib. 7. licet *excessus* sit velut mania aucta Hippocrati. Quoniam, ait  
 " Galen. ex vehementi motu causarum furorem faciuntium, so-  
 " lutio cum ratione & iure consequitur: ut in morbis acutis ve-  
 hementissima symptomata bonas crises efficiunt. Et alio  
 In Conc. loco. Furiosis conuulsio accedens, morbum exoluit. Sic ma-  
 teria collecta in cerebro, aut quæ in membranam resudauit,  
 dum instantे morte vi naturæ, tanquam extremo conatu  
 diffunditur in partes vicinas, conuulsionem afferre potest  
 partis sanæ. Quanquam sine affluxu illius materiei per sym-  
 pathiam, præsertim dum diremptionis istarum partium na-  
 turalium necessitas adest, conuulsio potest contingere ut plu-  
 ribus ante demonstratum est. Et id quodammodo criticum  
 est. Id verò maximè euenit si corpus iuvenile, non vi febris  
 consumptum, ut ad motum contra naturam ciendum vires  
 supersint; multò verò magis si stimulus aliquis sit, aut sa-  
 nies, aut aura venenata. Quanquam non credibile quin ratione  
 viciniæ tetro vapore pars sana afficiatur, sed cur inconuulta  
 ad tempus mortis maneat, id opus, hic labor est. Non omit-  
 tenda est historia cuiusdam qui nephriticus cum esset laborauit  
 suppressione vrinæ. Tandem interiit. Omaino suppressa erat  
 vrina, & tamen rentantum unus calculo erat occupatus. Cur  
 alter non obstructus suo deerat officio? Nam eò natura corpus  
 gémimum est architectata. Id ratione consensus euenisse crede-  
 bant: ut integer ren laboraret *syndesmò*; ratione alterius  
 ægrotantis renis: & ob istum consensum suum deserebat offi-  
 cium. Multò magis id cerebro contingere potest. Magna est illa  
 vis consensus partium, ut sana in alterius lesæ contagionem  
 occulta quadam vi trahatur. Nec id tam facit communicatio  
 ichoris quam intimus is consensus & harmonia partium, ut na-  
 tura in extremo illo conatu, tanquam reliquas naufragij tabu-  
 las collectura, conuulsionem moliatur. Quicquid enim in sanis  
 partibus vivit & spirat tanquam dissolutionis nescium & mot-  
 tem naturæ thinnicam fugiens, obsistit, reluctatur, & dissi-  
 dij ingruentem necessitatem amandare conatur. Conuulsio  
 videtur opus ipsius naturæ, quanquam Galenus solius morbi  
 symptoma esse contendit. Et tamen eandem conuulsionem  
 in apoplexia & paraplegia commendat, quod ea utilitas non

## DE CONVULSIONIBVS LIB.

35

mediocris consequatur. In morte autem κελος quædam est, Corn. ad part. 27.  
si nonen κελος latius extenditur, & τὸν λύτρον significat. Si lib. 4.  
victa ac triumphata natura, nullus maior cietur motus, si vi- acut.  
res sint æquales, & natura superficit, aliqua ratione id quod ad part. 26. li. 3.  
molestem est nititur excutere, id autem concussio aut con- præarrh.  
uulsio facit.

Sed & quærat quis, cum lethale est vulnus capitis an ne-  
cessè malum communicari cerebro siue id fiat per simplicem  
consensum, aut per depositionem & exclusionem materiei à  
læsâ parte in sanam, aut οὐτὸν ἀγαθόχει, ipsius partis sanæ,  
præfertim cum imbecillior incipit fieri? Aliquando verò fis-  
sum non est cranium nec læsum ullo modo: aliquando fissum,  
& ni modiolus tempore adhibeat, periculum adest. Ali-  
quando illæso cranio, leuiter contusa carne, cerebrum intus  
est concussum. Hippocrates cum nullum vulnus negligi mo-  
net, id etiam cranio ad carnem superpositam referendum  
putat. Nostra enim sacula obseruarunt temporis quandam  
constitutionem in qua leuiter capite læsi, licet pericranium  
ipsum ab externa causa læsuni non foret, peribant. Ideo Hip-  
pocr. Cauendum (ait) ne quid mali ossi accidat ex male cu-  
fata carne. Nam & perforato ossi, & alias nudato, sano ta-  
men, & si læsionem ex telo habeat, & tamen sanum putetur,  
periculum magis imminet ne suppuret, etiamsi alias futurum  
non esset. Inflammata enim carne os ipsumflammam con-  
cipit, & cum osse mala quæ carni insunt communicantur, vn-  
de periculum. Et licet à telo os sit intactum, ratione malæ  
curatæ carnis, coafficitur, hinc conuulsio, hinc mors. Per-  
spirat enim & conspirat totum corpus: & qualitas per os com-  
municatur. Quod sæpè occultè & λαθόπαιδες fieri solet. Nam  
experientia obseruatum est innumeros à morbis cerebri post  
convulsiones & concussions interisse, quorum in cerebro  
per anatomen nil videre contigit quod terrifici symptomatis  
causa exitisset. Et id plerisque fefellit ratos se aliquid ἀξιό-  
λογον, reperire posse in cerebro laborantium extintorum.  
Adeo occulta sæpè causa convulsionis, & morbi cerebri ali-  
quid habent θεον ἀδηλον γέ ταυματόν. Aliquando in sese leditur,  
contunditur, & venæ turgent & rumpuntur. Id quod Neræi  
filiae historia patefecit. Hæc in syncipite manu percussa ioco,  
vertigo, ἀπνοια, febris vehemens, capitis dolor. Septima

Hippocr.  
lib. de  
vulnus.  
cap.

E ij

36

## GVLIELMI BALLONII

„ circa autem dextram pus multum. Omnia meliora. Deinde  
 „ febris, ~~aventia~~, faciei pars trahebatur, conuulsio, tremor,  
 „ mors. In cerebro contusio erat, alioqui lœsi crani Hippo-  
 crates nimirum. Tantula pars lœsa in cerebro, & causa  
 morbi mortisque exigua magni fuit momenti. Vnde Hippoc.  
 lib. de locis in homine, licet minima pars afficiatur, non de-  
 finit & totum corpus affici. Minima corporis pars, ait Hip-  
 pocrates, omnia habet quæ & maxima. In cerebri affectio-  
 nibus parua causa est consideranda. Ita enim Hippocr. libro  
 de præceptionibus : Parua causa remedio facile exoluitur, nisi  
 si quid circa locum præcipuum afficiatur. At Cerebrum prin-  
 cipatum habet. Mirum tamen est cum principatum obtineat,  
 & situm superum, qui tot congerat excrements, & tot mor-  
 bos experiatur. Id quod lib. de Glandulis Hippocr. decla-  
 rat. Et Hippocr. 4. de morbis, splenem (partem imbecilli-  
 mam) & caput in eadem classe partium morbosarum reponit.  
 Rationes eò loci sunt requirendæ. Nec abs re id est con-  
 siderandum. Si in syncipite malum erat, cur non vtrâque  
 parte conuellebatur, nec enim magis dextræ quam sinistræ  
 meminit antiquus magister. Quod tamen alias factum est,  
 cum docuit cur in vtramque partem conuulsio inciderit, cum  
 medio capite vulnus extitisset. Deinde si abscessus in dex-  
 tra parte erat magis, quia ad aurum dextram pus influxit,  
 quare conuellebatur potius dextrâ parte? Est enim id in quo  
 laboratur. Nam quâ parte alebatur abscessus, eâdem & causa  
 mortis, hæc stupore elangescit, altera pars sana conuellitur.  
 Et obiter querat quis an aliud sit trahi partem, aliud conuelli,  
 ἐλεγεται est, vt opinor, conuulsionis ~~τρέπομός~~ τρέπων, & ad τας  
 Κυωληγες de quibus antè, & quæ veræ conuulsionis sunt imi-  
 tatices atque æmulæ, referri debet. De eo autem obiter.

Ex iis itaque quæ dicta sunt constat conuulsionem & id  
 genus symptomaton funestorum sequi non modò si ad mem-  
 branas vulnus penetreret, sed, licet ad pericranium tantum per-  
 tingat. Id autem ex Hippocrate appetit. Si enim malè  
 cutetur caro vulnerata, subiectum os afficitur. Ac si mors  
 aut conuulsio non consequatur, nisi tabum ipsum, aut sanies  
 virulenta os primâmve tabulam attingat. Ossis autem vitium,  
 quatenus os est, per se ea symptomata non afferit: sed cum  
 ad alteram membranarum aut virus, aut prava diathesis per-

## DE CONVULSIONIBVS LIB. 37

uenerit. Dici enim non potest quantæ lœsiones actionum; quantaque symptomata consequantur minimum vitium partium nervosarum. Ac de iis omnes, pro suo quisque iudicio, æstimabunt. Si itaque pericranium aut incisum fuerit, aut aliter lœsum, cuius occasione aut mors, aut conuulsio eveniat, nil mirum esse debet. Nam vel resoluitur, pars, vel non resoluitur. Si resoluitur, quia pericranium continuum est, resolutio vnius partis, patti oppositæ conuulsionis author existit. Si non resoluitur, facile communicatur virus aut quid simile, parti sanæ. Id quod antè abunde demonstratum est. Nec omittendum illud quod Fallopius animaduertit. Ait enim anatome deprehendisse se, venas omnes quæ per corium discentiantur, quacumque in parte fuerint, ita inter se communicare, ut venæ dextrarum partium, sinistrorum venis continua serie copulentur. Vnde dextrarum cum sinistris magnus est consensus, quod vasorum societas intercedat. Accedit quod minimè sit explicabilis consensus partium cum partibus aliis. Id quod in hysteris affectionibus apparet. Id quod in fractura calcis quam conuulsio sequitur, cernere est. Id quod in menstruorum motu periodico clarum est, præfertim cum laboriosius emouentur, clarum existit. Pluribus id non licet explicare, cum antè pleniùs disputatum sit.

Ac denuò ( ut aliquid tandem constituantur ) rationes super adductas expendere necesse habeo. Ac de primâ quidem ratione. Rata quidem multa sunt, sed exploranda denuò. Consentaneum videtur ut dextra potius pars, si lœsa sit, conuellatur, quam sinistra quæ illœsa est. Galenus id expressissime videtur explicans illud; Conuulsio ex vulnero lethali: Ex vulneribus fiunt conuulsiones ratione sequentis ipsa <sup>Aphro. 2<sup>a</sup></sup> lib. 5<sup>a</sup>. vulnera inflammationis cum partes nervosas attigerit. Et primùm conuelli videntur quæ è directo sunt partium inflammatione laborantium; deinde postquam cerebrum quod principium est attigerit inflammatio ad totum extenditur corpus. Textus Græcus subobscurior videtur. Nomen enim πάθος in Greco coniungitur cum verbo ἀγχίσαι, ut sit hic sensus; Si affecto cerebrum attingat. In Latino vero iungitur vox πάθος, cum verbo extremitas, ut sit hic sensus, affectio ad totum corpus exten situr. Vidi iuuenem annorum vigintium saucium oculo dextro fracta orbita à primo statim die <sup>αφα-</sup>

E iiij

38

## GVLIELMI BALLONII

vov, conuulsum dextro brachio, & femore, resolutis sinistro  
brachio & femore per vndeclim dies, tandem interiisse. Dis-  
fecto capite cerebium dextrum totum fuit purulentum, fini-  
strum plenum serosa pituita. Cuius quidem rei rationem red-  
dere videtur Galen. Com. ad part. II. lib. I. Prorrh. Ut in ex-  
ternis partibus affectiones incipiunt, & non totæ vel inflam-  
mantur, vel intument: ita cerebrum cum insignem magni-  
tudinem habeat, multasque neruorum propagines, phlegmo-  
nem eius alias ab aliis incipere oportet. Qua verò parte af-  
fектum fuerit, & neruorum propagines affici conuenit.  
Porrò Galenus loco suprà commiemonato afferit necessum  
esse ut conuulsio primò partem affectam vulneratamque affi-  
ciat. Deinde si inflammatio cerebrum attigerit, cum æquè  
vires suas infundat in dextras & sinistras partes, non potius  
dextra quam sinistra pars conuelliatur. In quo prima ratio  
iacet & destruitur, qua dicebatur conuelli partem sanam ob  
consumptionem spiritus & sanguinis vi inflammationis quæ  
partem læsam affixit. Quare ergò non conuellebatur prius  
pars læsa yi inflammationis? Est enim credibilius, siquidem  
inflammatio conuellendi causa est, eam conuulsionem contin-  
gere debuisse tum cum inflammatio vigebat, quam cum in-  
clinavit & deferuit, vt εμπέψυα tantum relinquatur. Et  
si valet authoritas Galeni, cum ipsa pars per se inflammetur,  
cum partes neruosæ aut membranosæ afficiantur, sana pars  
non conuelletur, sed læsa & vulnerata. Duo enim hæc vis-  
uenuiunt, prius, quod partium neruosarum inflammationem  
*Com. ad*  
*Aph. 49*  
*lib. 6.* conuulsio consequatur. Vnde Galenus negat in articulati  
morbo neruorum, membranarumve inflammationem esse,  
quia non adsit conuulsio. Pauci enim aut nulli arthritici con-  
uelli visi sunt. Posterius, quod natura ligamenti, chordæ,  
& nerui tardius inflammetur, semel autem conceptam in-  
flammationem non facile deponat. Et Hippocrates lib. de  
Carnibus: Cerebrum sedes est & metropolis frigidi & glutino-  
nosi; Ideò quia minimum pinguitudinis habet, glutinosi verò  
plurimi à calido non exuritur. Vbi enim glutinosum af-  
fuerit frigido, citra pinguitudinem, exuri non vult, sed tem-  
pore calescens congelatur. Sic tardi cerebrum inflammatur  
si Hippocratis ratio valebit. Eodem pertinet & illud quod  
ab Aphrodiseo scriptum est; Cur atra bilis in mamma & crure

cancrum faciat, in cerebro nequaquam. Est eo loci præclara demonstratio, & huc pertinens valde. Legatur locus Probl. 90. lib. i. Ex quibus fortè colligimus in vulneribus capitis aut non esse inflammationem positiam (vt ita dicam) membranarum, ea enim conuulsionem afferret, & sic læsa pars potius conuelleretur. Aut si est inflammatio non initio vulnerationis contingit. Tamen cùm pars sana conuellitur, tum viget inflammatio in parte sauciata, cuius occasione sana co-afficitur & attrahitur. Hinc resolutio læsa partis, & contractio illæsa. Sed quì pars læsa inflammata non ipsa per se contrahatur & conuellatur, non autem resoluatur? Inflammatio enim non resoluit sed contendit & contrahit: & pars inflammatæ seipsa fit astrictionis. Nisi quis dixerit necessum esse vt tum cum pars læsa inflammatur, sana retrahatur propter læsa partis astrictionem & collectionem. Tribus enim modis conuulsio  $\chi\tau\lambda\omega$  Κυπαθειν contingit, illæsis partibus quæ conuelluntur. Vocat autem Galen. τὰς τάσσες τὴν Κυπαθεῖν causas οἱ τάσσαι autem dicuntur cum vel aponeurosis, vel nervus à parte una in aliam pertinet, & dum tenditur, pars etiam sana afficitur per sympathiam ob generis similitudinem & continuatatem partium. Est & quedam communis totius corporis τάσσαι, quia velut membrana obtenditur continua toti corpori, quæ cum afficitur pariter æqualiterque totum corpus afficitur, vt in febre quam ὄρθοποιοι vocant. Primò, cum resolutus est musculus congener, tunc enim oppositus musculus conuellitur. Secundò, cum oppositus musculus extendetur. Tertiò, cum id quod sanum est, ab eo quod continuum est & proximum, attrahitur, vt in yteri secessionibus contingit (meliùs Græcè, ὡς ἐπὶ τῷ διέργει μεταστοιχίῳ, in Basiliensi codice ineptè legitur, ἐπέργει μεταστοιχίῳ) Ad tertium autem modum id de quo nunc disputatur, referetur. Id enim quod sanum est, id est, pars cerebri sana, attrahitur à parte læsa & inflammata. Sed hic obiter monendum an hic tertius modus conuenire possit cerebro cum continuum non sit, sed in duas diuisum partes, an continuum dici possit  $\chi\tau\lambda\eta\mu\kappa\omega$ , continuum tamen ob nervos à parte una in alteram propagatos. Et hęc quæstio commemorabilis est & hic maximè pertinens. Dicebamus paulò antè (inde enim digressio facta est) quia pars inflammata astringitur & se col-

Galen.  
Com. ad  
par. 104  
lib. 3.  
de artic.

## GVLIELMI BALLONII

igit, ideo sana trahitur adduciturque, vnde conuellendi occasio. Et ideo quis facilè credat conuulsionem & paralyсин diuersarum partium contingere posse tanquam symptomata ἔπιημον, οὐ τελῶν, & propagationem causæ morbificæ, maximè cum ad membranas ipsius cerebri labes peruenit. Quod si primis diebus membrana ipsa inflammatur, conuulsio idem in tempus incidet. Et quando conuulsio incidit, per auctionem causæ morbum faciuntis id sit, quod ἐπιημέων vocant. Mille enim locis verbum τὸ ἐπιημέως significat. Et quia partes aeruose, vt antè dictum est, non ita facilè inflammantur, nec aucti morbi vis ad membranas se vertit, ideo non ita initio conuulsiones eueniunt. Immò initio ne tantilla quidem febris est. Itaque conuulsio potius aderit cum summa sunt omnia, & post vigorem inflammationis, non quidem inflammationis, partis lœsæ, sed partiua sanarum, & in consensu vocatarum, vt membranarum cerebri, aut ipsius cerebri. Quod cum citò non eueniat, nec conuulsio statim oborietur. Quanquam urget Galeni auctoritas. Vult enim in vulneribus conuulsionem sequi ex inflammatione, eamque partium esse inflammatarum. Ac dicere partes inflammatas primum non inflammari absurdius est, & non proinde conuelli partes è directo positas, id quod placet Galeno. Si enim lœsa pars παραγόνται, & illœsa conuelliuntur, vel est inflammation, vel non. Si inflammation, cur potius resoluitur & clanguet? Contra enim trahi tendique vi inflammationis debet. Si est inflammation maior, nou quidem initio, sed cum viget malum, symptomata quoque sui generis edet. Et tamen conuulsio accidere videtur cum omnia deferbuere, & cum inflammatione desæuiit; Quid enim παραγόνται, aliud annotat quam νίκρωσις, λύσις, σφίγξιος, & ἀναγυρχίωσις, vt loquitur Galenus, partis ad paralyсин tendentis? Ergo non est credibile vi inflammationis conuelli partem, cum pars sana ab inflammatione sit tuta, & si ob partem lœsam inflammatam id eueniat in tempus vigoris potius incident. Quod de phreniticis quæri potest. Si conuellantur, an non potius in vigore morbi, & cum inflammationis summa sunt omnia: Symptoma enim tunc eluent, & maior est naturæ conatus, & opugnatio causæ morbum souentis? Nisi quis dicat conuelli potius

DE CONVULSIONIBVS LIB. 41

potius instantे morte cum non iam amplius alteratio sit, sed alienatio temperamenti partis. De quo paulò post. Obiter vnum animaduertemus. Si conuellitur pars sana, aut convulsione causam habet, vt virus, aut recipia inflammationem, aut non habet. Si non habet, contingit tantum ex euentu, ncmpe ratione resolutæ partis alterius. (Sed qua ratione pars altera resoluatur dictum est) aut quia consumptionem sui spiritus & sanguinis contractam præ inflammatione partis sauciatae, pars sana persentiscit. Si verò causam habet in se, aut inflammationem, aut virus depositum, quā vi deponitur virus! Est enim resoluta pars malè affecta. At resoluta pars non habet potentiam depellendæ sanie virulentæ. Nisi dicamus  $\alpha\lambda\epsilon\tau\eta\pi\alpha\lambda\omega$  id fieri, vel partem sanam, iam extinctā alterā, infirmam reddi, vel attrahere virus; aut id fieri per contagium; vnde teter vapor conuulsionis causa esse potest. Et si surgentibus & summissis vaporibus ē visceribus ipsis, conuulsiones, & id genus alia cerebro contingunt, quid? cum domi, id est, in cerebro ipso mali labes nutritur, alitur ac concipitur? Id autem persentiscit potius pars sana, vt pote nondum defecta & languida facta: læsa non id sentit vt potè infecta, contaminata, resolui iam prona per facultatis extinctionem, per  $\alpha\lambda\epsilon\tau\eta\pi\alpha\lambda\omega$ , &  $\alpha\lambda\epsilon\tau\eta\pi\alpha\lambda\omega$ . Sequitur ergo vt pars altera sana (sana autem  $\epsilon\mu\alpha\pi\mu\omega$  dicetur) sentiens istud virus, & frustrà depellere admittens (cum ad extrema iam processum sit) conuellatur. Id quod probabile videtur. Si itaque pars læsa exoluitur, videtur ab omnibus grauiter peccari qui in vulneribus capitum curandis versantur. Nam si cui vulnus infligitur vulnus parte detrā, initio ad reuulsione ex eādem parte laxatā percussaque vena sanguis detrahī solet. Et increscente dolore auctiisque symptomatis, ex cephalica eiusdem lateris laborantis detractio fit. Quod paulò imprudentius fieri videtur. Si enim ita frequenter pars laborans aperta vena exinanitur, dum vulneris ratio habetur, tantumdem de partis viribus, evacuato spiritu & sanguine, detrahitur. Hinc major occasio induceundæ paralyscos. Itaque ē re futurum magis videtur, si in opposita parte laxetur vena. Sed hæc ad methodum medendi pertinent: quæ  $\epsilon\pi\pi\pi\pi\pi\pi$   $\alpha\lambda\epsilon\tau\eta\pi\alpha\lambda\omega$  animaduertisse non pigebit.

Atque inter disputandum duo proposita sunt quæ, ne series

F

42

## GVLIELMI BALLONII

ordoque rerum perturbaretur, diligentius non fuerunt discussa,  
prius est, dum diximus phreniticos instantे morte conuelli  
potius, quam cum inflammatio summa est. Posterior, quod

*Com. ad Aph. 2.* Gal. existimat ex vulnere conuulsionem contingere ob inflam-

*Aph. 2.* mationem: nos autem & inflammationem causam esse putamus,

*lib. 5.* & refectionem depositionemque materiei virulentæ in partem  
aliquam. Miror enim ut Gale. hanc vnam causam, nempe inflammatiōnem, statuat conuulsionis, cum pars aliqua vulnerata  
est. Quasi verò ex alia occasione nasci non possit. Melius, meo

*lib. 5.* iudicio Hippocrates; Euanelente, ait, tumore in vlceribus

„ conuulsiones contingunt: contra, quibus tumores in vlceribus oboriuntur, raro conuelluntur. Galenus in commento  
„ tum conuelli ait cum vlcera vel magnitudinem effatu dignam  
„ assumplerint, vel κακοίθεαι πνε, & cum ad iis partibus vlcera-  
„ tatis humor tumoris autor ad partem aliquam primariam per  
μετάστασιν se inclinauerit. Sic in parte dextrâ cerebri œdema  
aliquid conceptum esse potest ratione vulneris, quod dispa-  
rens; translato aliò humore, conuellendi occasio existit. Ut  
autem id fiat, repentinum quandam motu*γένηται* fieri o-  
portet. Et sapienter Hippocrates vtitur verbo ἔχασμα ἀφαί-

*Partie. vlt. scđ.* ζεῖσθαι. Qua ratione non videtur satis probare illud Hippocr.

*3. Prorr.* τὸ ἐπόδιων ἀνέστας κακολυσθεῖσα, φλαγγε, κακολυρεῖσθαι, est  
λύεισθαι βεργά: id est, sensim solui, ut sensim humor trans-  
ratur. Et vult multò melius id dici posse si adiiciatur, ἔχα-  
σμος ἀφανισθεῖσα χρυσ, ut sit subita emotio & μετάστασι, humo-  
ris dolorificam διάθεσιν committentis. Et ita addit, Id quod

„ huic instituto accommodatum est, τὸ ἐξασθεῖσα φανατικάτοις

„ ὁδηγεῖσι διαγένεται, ἀνευ τῆς κατ' ἄλλοι μέρος τὸ μεταβολήν τοιούτην,

„ σὺν γείσῃ, καὶ τῷτο τὸ μεταβολήν τοιούτην μεταβαίνει τοιούτην

„ πάνταν γεγράψαι. Illud, Repente euanelente & dispertero dif-

positiones dolorificas, (id est τὸ οἰδίμα τοῦ φλεγμονᾶ, ut alio

*Com. ad Aphor.* loco Galenus explicat) præterquam quod in alia parte mani-

*6s. li. 5.* festa abscessum esse docet, etiam ad viscera ipsa translatio-

nen humorum molestiam inferentium fieri testatur. Si non

videtur probare illud κακολυσθεῖσα, ut tarda fiat humorum

discessio. Tamen 2. Epid. Videtur per τὸ μεταβολήν, subitam

quandam solutionem significare: Ita enim Galen. Com. ad

particul. 45. sectionis 2. lib. 6. Epid. τὸ μολύεσθαι, vocat τὸ

οἴεινς κακοεώς καὶ μεταβολῆς πανστίμενον καὶ τὸ μεταβολήν. Hoc au-

## DE CONVULSIONIBVS LIB.

43

tem videtur contrarium iis quæ hoc loco dicuntur. Tamen potest esse subita cessatio à motu, & tamen ut quod coquebatur, sensim atque sensim disparet. Et reuerà ἀφαίζειν significat subito cessare, καὶ μολύνει sensim vanescere. Ex his apparet non à sola inflammatione conuulsionem in vulneribus euenire, sed translata alio materiâ, non sensim quidem, sed repente & incitatiore quodam motu.

Nunc de Phreniticorum conuelliendi causis: Diximus antè eos distendi conuelliique cum mors in propinquâ est, non autem cum inflammationis summa sunt omnia. Quod si verum est, hinc elicias cur conuulsio in vulneribus capitis non tam eueniat cum viget inflammatio alteratûrque pars, quamcum deferbuit, & partis alienatio iam facta est. Id quod Galenus ex Hippocrate acutissimè docet explicans illud. Desipientiae obscuræ & blandæ valde nephriticæ: phrenitides obscuræ sunt quod vulgus Medicorum sœpè lateant. Existimant enim tum homines esse phreniticos cum homines ægri ciulant, & in assidentes insiliunt. At determia est hæc phrenitis: Hæticam enim quandam in cerebro ali dispositionem indicat. Cum enim initio inflammationis qualitas ipsius humoris biliosi toti cerebri corpori nondum confusa est & permixta, tumultuarie fiunt desipientiae: At progressu temporis simile quippiam contrahitur lanis quæ à tinctoribus imbuuntur. Imbibitur enim id quod elui non potest. Id est, aliquando cerebrum alteratur tantum, aliquando alienatur temperamentum, & velut hætica quædam diathesis inducitur. Alienatio autem alteratione multò deterior existit. Atque hanc distinctionem ad institutum accommodemus: Conuulsiones & terrifica symptomata quæ morituris à vulnerâ capitis accidunt, non excitantur tunc cum inflammatur pars, sed cum valde alterata & penè alienata est. Sic est probabile fortè conuulsionem quandam esse tacitam partis affectæ, manifestam tantum partis non fauciatae. Sed hæc tantum conjectura nostra est. Quid enim impedit quominus per istam alienationem, antequam intermoreretur & resolueretur, obscure conuulta fuerit. At ita non est apprens, ut est conuulsio partis illæfæ, & sic id quod sanum est attrahitur ab eo quod læsum est, quæ tertia est species conuulsionis quæ fit τὸ τρίτην, ut tantè ex Galeno dictum est. Atque ita satisfactum videtur obie-

F ij

44

## GVLIELMI BALLOONII

cioni quæ de inflammatione mouetur, quod nimurum credibilius fuerit moueri conuulsiuè animal sœuiente inflammatione, non autem cum deferuescit. Acrores enim sunt mortus & stimuli vigentis inflammationis quām inclinantis. Alienatio enim temperamenti quod  $\tau\omega\alpha\kappa\rho\sigma\alpha$  consistit deteriora edit symptomata, quam alteratio, obscuriora quidem, &  $\chi\tau\omega\varphi\pi\gamma\alpha$  leuiora, sed per se & reipla funestiora, ut de obscura phrenitide demonstratum est.

Iam verò qui oppugnant rationes primas de translatione materiei virulentæ à parte læsa ad sanam, ( fieri enim potest ut tumore  $\xi\alpha\beta\mu\mu$  euanescente, aliò materia transcurrat ) & de consumptione spiritus & sanguinis in parte sana, obiiciunt & illud, de quo ante, ab ægra parte potius trahi sanam partem, quod inflammatio constringat, contendatque: item conuelli potius debere totum corpus, quām partem vnam. Ad totum enim cerebrum vis inflammationis videtur pertinere, siue id fiat per se, siue  $\chi\tau\omega\kappa\mu\beta\epsilon\beta\eta\kappa\sigma\alpha$ 's. Item, si virus ad partem sanam fertur, pellitur à læsa parte. At quæ vis pellendi inheret parti iam moribunda. Nisi ad extremum conatum partis ad interitum tendentis referamus. Mirum enim quanta vis eluceat in isto dissidio, dissolutione partium, &  $\tau\eta\alpha\tau\alpha\chi\epsilon\omega\sigma\alpha$ , maximè si corpus floreat, nec vi maioris febris sit exolutum. Quæ causa potior videtur cæteris ad inferendam conuulsionem. Pars enim sana & velut viua per sympathiam tantum affecta dissolutionem sui patitur. Quod extra vim magnam contingere nequit. Ridiculum alioqui foret conuulsionem natura ipsa inclinante ac projecta contingere, cum ad conuulsionem viribus & contentione opus sit, ut docuimus ante causa  $\delta\lambda\sigma\tau\alpha\kappa\mu\mu$   $\chi\alpha\tau\alpha\mu\mu$   $\tau\omega\tau\alpha$  distinguentes. Quod si verum, cur non integris viribus conuellebatur animans? Si aut fatus virulentus, aut nonnulla materies afficit partem sanam, non iam affecto morbo eueniet conuulsio. Metastasis enim fieri superstite partium robore. Si credibile non fieri conuulsionem per  $\mu\epsilon\tau\alpha\gamma\alpha\omega\mu$ . Quanquam magna vis est  $\tau\eta\alpha\tau\alpha\chi\epsilon\omega\sigma\alpha$  partium, magna quoque vis est particulæ materiei virulentæ, quantula ea sit. Et id præsertim circum

*Part. 4.* læsiones partium neruosalrum. Περὶ διαδοχῆς, ita Hippocrates.

*lib. 3.*

*lib. 6.*

*Epid.* Loci alterius loci excipientes ( supple materiam ) quæ fertur orgasmo, excretione, attractione, aut propter dolorem, qui

## DE CONVULSIONIBVS LIB.

45

præcessit, aut coniunctus, aut futurus est cum morbo, aut ob  
grauitatem, aut alio quopiam, liberant, aut aliis *κοινωνίαις* com-<sup>3. de</sup>  
munications, alio loco vocat, *ἀσθελφίξιας*. Migrationes fiunt, <sup>articul.</sup>  
ait Galenus, humorum ob communicationem & coniunctio-  
nem naturæ membrorum, vt ὄρχης οἰδίος Στόμα Κυρήνης τοῦ πο-  
μπριάτοῦ κοινωνία, γένεσι, μαζοῖς, γόνης καὶ φωνῆς. Ita inter-<sup>Sectio. 1.</sup>  
pres, Testiculus tumefactus in tuffientibus. Documentum <sup>Epid.</sup>  
est affinitatis cum pectori, mammis, clara voce. Malè in-<sup>"</sup>  
terpres, & sine sententia, melius ita Latinè. Testis præ tussi Locus  
intumescens argumentum est affinitatis cum pectori & cum <sup>depra-</sup>  
mammis, genituræ & vocis. Multò magis dextra pars cere-  
bri eam *κοινωνίαν*, cum sinistra habitura est, vt inexplicabilis  
sit affectuum communicatio. Dicat quis cerebrum cum am-  
pla pars non sit, cur affecta vna parte, altera non statim co-  
afficitur. Inimò contra fit ex Galeni sententia, ait enim  
Galen, ad part. II. primi Protrh. Cerebrum hominis insi-  
gnem magnitudinem habere, multasque neruorum propagi-  
nes, & phlegmonem cerebri non statim in toto oriri cerebro,  
sed alias ab aliis earum exoriri. Sic conuulsiones vna parte  
eueniunt, & non alia quod obseruatione dignum est. De  
vi particulæ materiei virulentæ abundè dictum est, licet etiam  
materia totius abscessus lethiferi ad partem sanam non demigret.  
Est enim Galeni locus nota dignus, cur lumbis dolen-  
tibus in suppressis hæmorrhoidibus *καρδιαλγία* eueniat, cum  
longo interuallo vtraque pars sit disclusa: Copia sanguinis in  
venis coaceruata, serum quoddam tenue (Græcè *οἶπος λεπτός*) <sup>Ad par.</sup>  
<sup>38. li. 3.</sup>  
in ventrem refluens, *καρδιαλγία* párit in os eius maxime con-  
scendens ob sensum eius exquisitum. Pati iure, abscessu exi-  
stente in cerebri parte læsa, & eandem corruptente, tenuis  
ichor resudare potest, qui feriens partem dextram illæsam,  
conuellendi occasionem afferat. Sed cur potius hæc resu-  
datio phlegmone deferuercente, quam eadem flagrante? vt  
cum singultus inflammatu hepatitis concavo dignitur ob resu-  
dans serum à parte inflammata, non cum extinguitur, sed  
cum viget.

Vltima pars & ratio non est prætereunda de exhausto &  
inanitione. Conuelli enim partem sanam putant quod spiri-  
tus & sanguis illius sit absemptus. Exiguus sàpè abscessus est,  
nec tanta inflammatio quæ rapuerit sanguinem & spiritum à

parte sanā. Nec credibile eō deuenisse partem sanam vt  
inanita sit. Nam si exhaustebatur, cur non antē conuelle-  
batur, & integro sensu & facultate integrā. Ut enim dolor  
fit dum res frangitur, contunditur, & id fit ἀθρόως: sic con-  
uulsio debet potius euenire dum spiritus exhaustur, quam  
cum exhaustus est. Fieri autem mutationem oportet, non  
iam factam. Alioqui hec tā laborantes conuellerentur. Con-  
tra qui affatim inaniuntur conuelluntur, id enim ἀθρόως fit.  
Sed hīc dubitatur an sit continua, an ex interuallis. Cum  
est ex interuallis, cerebrum quatit se vt excludat quod mo-  
*Galenus*  
*cap. 7.*  
*lib. 3.*  
*loc. aff.* lestuni est, non sic in tetano. Quomodo distinguit Galen.  
Epilepsiam à ceteris conuulsionis formis: & eam Epilepsiam,  
contra quorundam opinionem, ab exhausto non oriī ait quod  
citō illa fiat, & citō soluatur. Ac tandem confugiendum  
est ad extreūmū naturae conatum, ac dicere oportet partem  
sanam incipere exinaniri non exhaustam esse. Sensus enim  
reliquus & integritas partis, parte læsa iam intermotiente,  
(nam vi morbi suum vigorem amittit, τὸν ἔχαπτον, & velut  
λεπτούχον, vocat Hippocrates elegantissime loquens de me-  
dicamentis quæ ventis perstata vigorem amittunt, & velut  
λεπτούχον.) sensus inquam reliquus ad motus conuulsiuos  
plurimum facit. Et plerisque vidimus vi morbi conuulsios,  
quorum in capite nil commemorabile deprehensum est quod  
conuellendi occasionem attulisset. Ac si ea conuulsio con-  
tigisset non tam ob conatum rei molestæ excutiendæ & expel-  
lendæ, quām per quandam collectionem & recessum naturae  
suas copias dissipatas & diuulas recolligentis. Id fit per quan-  
dam αὐτίγονη naturae & morbi. Nam ubi vires sunt pares,  
ibi est renixus maximus: & natura est αυτίγονη. Vulnus qui-  
dem exiguum, abscessus non ita magnus, sed partis præcipue  
& quandam in corpore prærogatiuam habeatis, obsidione  
magnus dicitur, & opinione maior, & homini necando satis.  
Vires non ita detritæ & imminutæ, præsertim cum à vulnu-  
culo intereundum sit. Ut mirum non sit si reluctatio sit ma-  
xima & aduersaria quædam, colligente se naturā, contentio.  
Hinc illæ lachrymæ: hinc conuulsiones, hinc symptomatum  
terror. Et illud est quod nos consideramus & comminisci-  
mur. Et tum id euenit cum subita & conferta est mutatio.  
Referre verò causam istam ad consumptionem spiritus in

parte sana, vnde ista consumptio? non fuit inflammata, afflūxus præterea est perennis à corpore in cerebrum': itaque aut resolueretur pars sana, aut non conueleretur propria conuulsione.

Restat ut concludamus aliquid ne legentis commentarium hunc animus varias in partes fluctuans distrahat. Quamquam ea sumus ysi methodo ut ordine rationes aduersæ ponentur: deinde coniecturæ nostæ & rationes probabiles quæ in certis rationibus conuellendis insumerentur. Sed rerum series aliquando perturbata fuit, propter quæstionum quæ ex iis quæ disputantur, tanquam ex fontibus riuiuli caturiebant, varietatem. Diximus videri probabile ut simplex & absolutus consensus causa foret cur pars opposita eaque sana conuelleretur. Immo quo modo resoluto musculo oppositæ partis ex euentu conuellitur alterius aduersæ partis musculus: sic fortassis æquum videtur ut resoluta vnâ cerebri parte altera pars cerebri illæsa conuellatur. Dextræ enim & sinistræ partes mutuo ad suam firmitatem retinendam conspirant. At dices? resolutio ista congenitis musculi, paris robore & viribus conuelliendi occasio alteri musculo opposito existit, & id in musculos cadit, cur non & in cerebri partes oppositas, non quidem ratione medullæ cerebri, sed ratione & neuorum & membranarum? ut quâ ratione os ventriculi conuelli dicitur in singultu, licet musculus non sit, ita cerebrum conuellatur non quidem totum sed ea pars quæ illæsa erat, resoluta altera. Ut enim ytraque pars cerebri in opus unum conpirat, ita sit, ut una inter mortua, tendatur altera contrahaturque. Quid etiam impedit si dicamus hic ene-  
rare id quod diximus ante ex Galeno dum agitur de conuul-  
fione ~~xerx~~ <sup>Cu</sup>ura ~~slas~~. Sit, aut, conuulsio cum id quod sanum est ab eo quod continuum est attrahitur: vel etiam, sanum attrahere ad se id quod sanum non est, & id ex euen-  
tu, quia quod sanum non est amittit suum ~~omni~~ vigorim, ac resoluitur: & sequitur sani conatum & fractum ~~muzan~~, ut ita dicam. Nec omittam pericranium ipsum. Nam cum vulne-  
retur, & eius vulnus cerebro communicet, ut ante dictum est, cur non resoluetur pars dextra cranium tegentis mem-  
branæ & musculi, & conuelletur sinistra: ut conuulsio ea sit quæ in musculis oppositis congenitis cernitur. Vnde cum

3.  
de  
as  
ticul  
cc

## 48 . MIGVIELMI BALLONII

Hippocr. Cauet ne sectio fiat in temporibus, & supra tempora in temporibus metu conuulsionis, supra tempora, metu hæmorrhagiae, ita ait. Sectum in temporibus conuulsio prehendit, si tempus sinistrum secundum, conuulsio dextrarum partium: Et contraria. At id ratione muscularum oppositorum cœnit. Et hæc consideranda cuique relinquimus.

Non est necesse refellere rationes eorum qui exhaustum conuulsionis causam autemant, nec non μεταρρυστι, materiei virulentæ in partem sanam. De iis enim abundè dictum. Agnouimus quidem esse vim magnam vaporis, aut flatus venenati, si etiam è visceribus surgat, nedum si alatur, foueat, retineaturque in arce mentis, omnis motionis & sensationis fonte. Id in arboribus ipsis cernere est. Nam syderationem nescio quæ aura maligna & malesica afferre sollet. Et tam subiti tantique maleficij ferè incognita est causa. Verum omnibus diligentet subductis rationi videtur affinius, vt conuulsio partium sanarum ad extreum potius naturæ conatum referatur. Est enim parti sanæ, incolunii, & à lësione tutæ vi & necessariò occumbendum. Id quod circa manifesta argumenta reluctantis naturæ fieri nequit. Vnde vulgo dicetur, quod conuulsio ferè omnem animantem mortuentem comitatatur. Nemo enim ferè sine conuulsione moritur præsertim si qua pars resistit. At sæpè tantulum est malum in capite quod mortem afferit, vnde cæteræ partes vi moriuntur, quia pars princeps leviter, quoad *Carcasas* laborat: sed in parte principe nil leue & contemnendum est. Vnde illud Hippocr. 2. de natur. humana. A fortissimis membris morbi sunt grauiissimi: Nam si in parte manent, laborante membro fortissimo, reliquum corpus turbari est necesse. Huius rei fidem facit varia ratio intercundi in senibus viciis & defectis, & in iunioribus quorum virtus est verans & mascula. Exemplum propositum est de animalibus quæ ingulantur, quæque subito, nulla prægressa affectione quæ vires minuerit, intereunt. Motus contractionis & cuiusdam conuulsionis apparent, tanquam indicia naturæ manus dare nolentis, & ægræ sui dissolutionem ferentis. In animalibus quæ morbo confecta obeunt, id non cernitur. Cum enim vita nostræ filum bifarium concidatur, aut fato, aut casu factum (*εἰμαρμένη* Græcis, & Demosthenes vocat *ἡ εἰμαρμένη θάνατος*

## DE CONVVLSIONIBVS LIB. 49

θάνατον quod notandum est) in perennitate effluuij triplicis substantiæ constituunt, vnde fatalis quædam moriundi necessitas, vt eleganter ὁ Αὐθόπωτος εἰμαρτύρειος dicatur, fato decreitus & assignatus. Casus autem in vi ac potentia rerum extrinsecus incidentium, in cœli morbo, ac diætæ vitio, consistit. At maior quædam vis in ea dissolutione quæ casti contingit sæpè cernitur, quam in ea quam fatalis afferit necessitas. Sine sensu ac dolore aliquando contingit dissolutio. Qui autem à capitis vulnera intereunt, febribus symptomatricis implicantur: hæc in aliis affectionibus terrifica non habent symptomata, at non ita in vulneribus capitis. Quoties enim neruosum genus cerebrumque afficitur, deliriorum, conuulsionum, tremorūmq; metus esse solet. Magna enim est vis cerebri, admirabilis Naturæ in eo architectando solertia. Itaque cum capite saucius, particulâ tantum læsus sit, cætera vero sanus, mirum non est si motibus quibusdam inordinatis natura se se tueri velit aduersus instantis mortis & dissolutio- nis impetum & quoad eius fieri potest obsistat.

Et vt tandem scribendi commentandique finis & modus sit aliquis, omnes eos quibus nosse desudat labor rogamus, vt hæc omnia boni consulant. Non tam τῇ ἀναφολωσίᾳ, quam ἐπιλόγῳ, id quicquid est concludendum fuit. Rationem huius rei præfatio prætulit. Si quæ redundant & luxuriuant, ea stylo sunt depascenda ac reuocanda. Multa sunt disputata animi gratia, non vlla de nobis concepta opinione. Multa hic sola nituntur coniectura. Immò effecimus, vt nostræ coniecturæ iusto militiæ sacramento cum sanis & germanis rationibus contenderent. In re enim difficiili & lubrica, & quæ tot eruditos male habuit haetenus & exercuit, difficile est statim aliquid statuere. At oratione limatur veritas. Et licet multa sint quæ in illam partem trahant, plura sunt quæ in contrariam reuocant: totumque in quo laboratur, ita perplexum est & ambiguum, vt iudicium quorumdam requiramus qui rem totam definiant. Malo hæc in parte absolutam rei definitionem & quasi decisionem cum aliquam timiditatis opinione desiderari, quam si fiducia aliqua male consulta aliter fecisset, meam prudentiam requiri.

G

## APPENDIX AD LIBRVM

ΠΕΡΙ ΣΠΑΣΜΩΝ.



I X I M V S ex Galeno cur præciso cerebro vomitus superueniat biliosus. An id fiat cerebro ipso cælo, an membranis solis affectis, quæstio quoque fuit. Cerebrum enim ipsum insensile esse credunt, & si quis sit sensus, eum totum membranis ipsique oriento ( ut Macrobius loquitur ) acceptum ferunt. Tamen Galenus ad cerebrum ipsum causam istam biliosi vomitus refert. Non solum, ait, vulnerato cerebro succedit biliosa vomitio, sed & membrana crassiore. Quanquam Erasistratei, & qui sensum omnem à membranis repetunt facile cludere possint dictum Galeni. Vix enim intactis membranis cerebrum vulneratur. Sic eodem semper reuolueretur. Nam cum sequitur ἀπόγεννα quoddam commemorabile propter læsionem, id semper contingere non tam ob sauciatum cerebrum, quam ob affectam membranam, dicetur. Non peruenit enim ad cerebrum nisi per medias membranas.


Sed alia longè difficilior quæstio. Dicunt quidam se observasse in plerisque coruni qui à vulnere capitis insigni interierunt, abscessum in concava iecinoris parte. An id fiat eueniatque nescio, sed tamen à plerisque chirurgis id obseruatum esse audiui. Sed si fiat, qua ratione contingat, & an sit verisimile id fieri posse, porro quæstione dignum erit.

Primum illud est verum quod Hippocrates & Galenus scribunt præciso cerebro & febrem, & bilis vomitum superuenire. Bilis reuomitur, ait Gal. affecto ventriculo qui cerebro compatitur. Ad os enim propago nervorum insignis pertingit. Immò, ait Galenus, in magnis doloribus, & vehementi moerore ad ventriculum biliosa superfluitas confluit, maximè si ventriculus male affectus fuerit. Vnde ergò in concauo hepatis abscessus fiet? Quidam dicunt à cerebro per continuatatem membranarum internarum imperspicua-

APPENDIX AD LIB. DE CONVVL 51

rum sensim pus manare, & progredi eò donec ad hepat per-  
uenerit. Id non est probabile. Afferam meam coniectu-  
ram, quando demonstrationem aut ~~διπλακτικόν~~ n, huc ad-  
ducere nequeo, desumámque ex eo Galeni loco suprascripto.  
Vulnerato cerebro membranisque affectis, os ventriculi co-  
afficitur, humorésque perturbantur, vnde bilis vomitio. Si  
multa fit bilis euacuatio, ea ab abscessu vindicare potest. Si  
pauca bilis euacuatio, & frequens est nausea, aut quia æger  
vomere non consuevit, aut quia bilis crassior, motu difficilis,  
& quodammodo incuneata (*ευπηγή* Galen. vocat) aut quia  
libertas meatuum non est, dum humor mouetur & non ex-  
cluditur, oppressionēmque facit aliquam, potest in concauo  
hepatis colligi & inflammari, & præter symptomaticam fe-  
brem quam excitat *τρέμα* capitis, essentialē febrem con-  
citare. Hinc collectio, hinc inflammatio, hinc abscessus.  
Accedit quòd in vulneribus capitis negant dandum pharma-  
cum. Si daretur & euacuaretur bilis commota & non ex-  
clusa, ab abscessu liberaretur æger. Nunquid in febribus  
essentialibus abscessus in concauo hepatis fieret nisi Medicus  
daret operam purgationi. Et quia os compatitur ventriculi,  
Natura suas suppetias mittit ad eam partem obfuturas, quia  
non excluditur materia. Phlebotomia & purgatio efficit vin-  
dex eius abscessus. Et nuper in quodam qui pugione vulne-  
ratus erat, tamen in internam capacitatem vulnus circa no-  
thas costas quā pertingit diaphragmatis extremum, non pe-  
netrarat. Tamen in hepate repertus est abscessus. Vnde id  
Fortè eodem modo quo in vulneribus capitis.

FINIS.



G ij

## APPENDIX A TO THE GOVERNMENT

I N D E X  
R E R V M E T V O C V M

*Memorabilium que in hoc*

**G. B A L L O N I I**  
*libro De Conuulsionibus*  
*continentur.*

A



- |  |            |  |                               |    |
|--|------------|--|-------------------------------|----|
| Abscessus circa humerum capite læso.                         | pag. 4     | C  | Achexia corpus grauius redit. | 16 |
| Abscessus in hepate à vulnere capitis.                       | 50         | Capite læso clavicula & humerus afficiuntur. | 4                             |    |
| Abscessus in hepate à vulnere circa nothas costas inficto,   | 51         | Capitis vulnus lethale conuulsio-            |                               |    |
| Actio læditur parte illæsa.                                  | 21         | nem oppositæ partis ut pluri-                |                               |    |
| Αλαφίτια quid?   | 45         | mùm inducit.                                 | 6                             |    |
| Affinitas magna in toto corpore.                             | 26         | Carnosa facilè inflammantur.                 | 27                            |    |
| Αγνώστως non est conuulsio.                                  | 12         | Carne malè curata subiectum os               |                               |    |
| Αγρίποντι quid?  | 13         | afficitur.                                   | 36                            |    |
| Απεραμένειον, συνεπαλυόντος καμπύλου                         |            | Καρδιαλγία.                                  | 45                            |    |
| à rīgūr.   | 9          | Καπαθαλανθρώποι.                             | 42. 43                        |    |
| Aristotelis de formâ decubitus opinio.                       | 10         | Καπαρρόγυνο quid.                            | 25                            |    |
| Auicennæ de Conuulsionis causa opinio.                       | 16         | Καλ' Ιένη.                                   | 17                            |    |
| Authoris opinio de cōuulsione partis sanguinis.              | 47         | Celsus tetanum rigorem vertit.               | 7                             |    |
| Authoris docilitas & humilitas.                              | 49         | Celsi pulcher locus.                         | 30                            |    |
| Authoris conjectura de abscessu in hepate à vulnere capitis. | 50, 51     | Cerebrum illæso cranio concutitur.           |                               |    |
| Axioma solenne de conuulsione.                               | 7          | Cerebrum & splen partes morbosæ.             |                               |    |
| Axioma aliud eximum.   | 25         | Cerebrum pars princeps.                      | 36                            |    |
| B  |            | Cerebro inflammato totum corpùs inflammatur. | 37                            |    |
| B Ilis vomitus cerebro præciso.                              | 18, 50. 51 | Cerebrū non facilè inflammatur.              | 27                            |    |
|  |            | Kίνος τοτικό, quid ex Galeno.                | 10                            |    |
|  |            | Consensus partium vnde.                      | 17                            |    |
|  |            | Consensus duplex.                            | 12                            |    |

G iii

columella p. 152

## INDEX

|   |        |   |        |
|---|--------|---|--------|
| <b>C</b> onsensus absolutus quid.                                     | 17     | <b>D</b> iarthrosis qui differt à synarthroſi?                            | 12     |
| <b>C</b> onvulsio partis oppositæ datur.                              | 3      | <b>A</b> taq̄ēs quid sonat?   | 21     |
| <b>C</b> onvulsio fit utriusque manus medio capite lœſo.              | 4      | <b>D</b> iscrimen vocum & r̄m πόνηγες & τῆλοι.                            | 10     |
| <b>C</b> onvulsionis definitio.                                       | 6, 9   | <b>D</b> olor fit in jugulo pleuriticorum per consensum.                  | 5      |
| <b>C</b> onvulsionis essentia estne in motu?                          | 7      | <b>D</b> olor in suris tibiarum στασίαις, συνελκμ.                        | 6      |
| <b>C</b> onvulsionis species tres.                                    | 7      |   |        |
| <b>C</b> onvulsio ē τῆλοι, potius quam ē τῆλοι, videtur consistere.   | 8      |   |        |
| <b>C</b> onvulsionis causa duplex.                                    | 7      | <b>E</b> ιμαρψία quid.  | 43     |
| <b>C</b> onvulsio facile fit netuis & musculis siccatis.              | 8      | <b>E</b> κκρας quid Hippocr.  | 34     |
| <b>C</b> onvulsio qui differt à paralyſi.                             | 10     | <b>E</b> μπορεύοντες.   | 8      |
| <b>C</b> onvulsio ἐπιπλάσια καὶ κατ' ιδιαίτερον.                      | 16     | <b>E</b> μέρεντος quid.   | 40     |
| <b>C</b> onvulsio est-ne continua.                                    | 46     | <b>E</b> rasistrati opinio de vomitu bilioſo qui cerebrum lœſum sequitur. | 18     |
| <b>C</b> onvulsio à frigore an sine materia?                          | 20     | <b>E</b> ὐθυνεία quid?  | 17     |
| <b>C</b> onvulsiones fiunt interdum in crisiibus.                     | 34     |   |        |
| <b>C</b> onvulsio furorem soluit.                                     | ibid.  | <b>F</b> acultas ad partes diffunditur dupliciter.                        | 22     |
| <b>C</b> onvulsio videtur esse opus naturæ.                           | 34, 48 | <b>F</b> allopij obſeruatio anatomica.                                    | 37     |
| <b>C</b> onvulsio per consensum accidit tripliciter partibus illæſis. | 39     | <b>F</b> latus venenatus multum facit ad conuulsionem.                    | 48     |
| <b>C</b> onvulsio fit partis sanæ cum summa sunt omnia.               | 40     | <b>F</b> rigus ex euentu replet,  | 15, 20 |
| <b>C</b> onvulsio non fit sine contentione.                           | 44     | Φύες quid.  | 28     |
| <b>C</b> onvulsio non in qualibet fit cerebri parte.                  | 45     | <b>G</b> Alenus decipi videtur in causis singultus.                       | 14     |
| <b>C</b> onvulsio quando fit.   | 47     | <b>G</b> Galeni textus corruptus.   | 29     |
| <b>C</b> orpus non nisi vi diſſoluitur.                               | 32     | <b>G</b> orræus Galenum tuetur.   | 15     |
| <b>C</b> orpus totum conſpirabile.                                    | 35     | <b>G</b> rauitatis sensus plethoræ signū.                                 | 5      |
| Κένος quid.   | 15, 20 |   |        |
| <b>D</b>  |        | <b>H</b> Erodotus περιουμανῆς sequitur.                                   | 17     |
| <b>D</b> amna maxima ex malè cognitâ conuulsionis & singultus causâ.  | 15     | <b>H</b> ippocratis de morteſententia.                                    | 31     |
| <b>D</b> ecumbere ægrum recta figura bonum.                           | 10     | <b>H</b> istoria Villanouani cerebro ſau- ciati.                          | 27     |
| <b>D</b> ecumbere corpore inflexo meilius quam extento & cur?         | 10     | <b>H</b> istoria ſeruuli capite lœſi.                                     | 31     |
| <b>D</b> extra dextris consentiunt.                                   | 17     | <b>H</b> istoria nobilis mulieris.  | 31, 32 |
| <b>D</b> extra cur ſinistris fortiora?                                | 24     | <b>H</b> istoria Nephritici.  | 34     |
|   |        | <b>H</b> istoria filiæ Neræi.   | 35, 36 |
|   |        | <b>H</b> istoria cuiusdam Iuuenis.  | 37, 38 |
|   |        | <b>H</b> ollerius Galenum tuetur.   | 15     |
|   |        | <b>H</b> ysteriæ συνέλλογοι.  | 6      |
|   |        |   | I      |
|   |        | <b>I</b> Ecus caloris fons.   | 24     |
|   |        | <b>I</b> mpačes nomen quid?   | 25     |

## R E R V M.

|   |                    |   |   |
|---|--------------------|---|---|
| Immobilitas oculi à causis tribus.  | 8                  | P | Alpebræ peruersio, distractio.                                      |
| Inflexio corporis duplex.   | 10                 |   | contractio vnde. 8, 9   |
| Ioānis Vigonij de spasmo opinio.  | 18                 |   |   |
| Iuuenes ægræ moriuntur.   | 28                 | P | Patoxysmi epileptici motus duplex.                                  |
| L   |                    |   | 11  |
| Ectoris & viatoris comparatio,  |                    | P | Pars princeps non diu valde ægrotat.                                |
| 2, 3  |                    |   | 29  |
| Aἰτία βυχεύ quid Hipp.  | 46                 | P | Partis læse resolutio & illæse con-                                 |
| Lien frigoris sedes.  | 24                 |   | ctio vnde. 39   |
| Locus Hippocr. difficilis.  | 3                  | P | Partes netuose ægræ inflamman-                                      |
| M   |                    |   | tur. 38, 40   |
| M   | Anuum tremor vnde. | 4 | Πάθη αναγνώστα quid? 6  |
| Moribus est grauis dupli- ter.  | 29                 | P | Pharmacum non datur in capitis vulneribus. 51                       |
| Morbi cerebri σάινο, ἄλιαν, ἡ δαυ- μαστί.                                   | 35                 | P | Phlyctenæ cerebro saucio mortis prænuntia. 4                        |
| Morbi membrorū fortius graues.  | 48                 | P | Phlyctenæ tales vnde? 22  |
| Morimur bifariam.   | 48                 | P | Phrenitici quando conuelluntur. 42                                  |
| Mori fato & casu apud Medicos quid.   | 49                 | P | Plethora tensionem facit. 5   |
| Motus est subobscurus επ τη τάσει.  | 10                 | P | Plethora & tensio per consensum pleuritidem comitantur. 5           |
| Motus membra impeditus.   | 12                 | P | Problemata quatuor proponuntur. 2                                   |
| Muliercula auarissima.  | 31                 | P | Pulsus fallax in morituris. 28                                      |
| Musculus Scalenus in pleuritide partium thoracis superiorum dolet, & quare. | 5                  | Q | Vidam morituri validiores. 32                                       |
| Musculorum quatuor motus ex Galeno.   | 12                 | R |   |
| N   |                    | R | Ationes quorundam de partis sanæ conuulsione. 22                    |
| Natura solers in cerebro for- mando.  | 49                 | R | Ratio prima. ibid.  |
| Necessitas moriendi vnde.   | ibid.              | R | Ratio secunda. 23   |
| Neruorum affectus non leues.  | 26, 37             | R | Ratio tertia. ibid.   |
| Nullum capitis, vulnus etiam leue despiciendum.                             | 29                 | R | Ratio quarta. 26  |
| O   |                    | R | Ratio prima destruitur. 38  |
| Obseruatio quorundam Chirur- gorum.   | 50                 | R | Rigor & frigus condensant. 14, 15                                   |
| Οὐρα μημῆς quid Gal.  | 8                  | S |   |
| Οὐραλλος.   | ibid.              | S | Aniem per os fissum in cerebri membranam influere pernicio- sum. 22 |
| Oratio fit partitione clarior.  | 2                  | S | Senes facile moriuntur. 33  |
| Οὐραλλος quid.  | 45                 | S | Siccitas aurium fibras inuertit. 8                                  |
| Os inflammatur carne inflamma- ta.  | 35                 | S | Signa morituri ex vulneribus capi- tis. 3                           |
|   |                    | S | Singultus vnde. 14  |
|   |                    | S | Singultus causæ plures ex Gal. 14                                   |
|   |                    | S | Singultus puerorum vnde. 14, 15                                     |

## INDEX RERVM.

|  |       |                                     |           |
|--|-------|-------------------------------------|-----------|
| Singultus quid?  | 6, 17 | Tetanus veræ conuulsionis species.  | 7         |
| Somnus dextra parte facilis.   | 24    | Tetani etymologia.                  | 9, 10     |
| Στρωψίς & στρωψίδες n differunt apud Hipp.                                   | 6     | Tetanus quid.                       | 11        |
| Στρωψίς περιστροφήσια πόλη, ονομάζεται στρωψίδες, & τὰ στρωψίτα quid Hippoc. | 6, 7  | Tetanus quomodo fit.                | 11        |
| Spes gloriæ laborem solatur.   | 1     | Tetani motus ratione querendus.     | 11        |
| Συμπάθεια ex Gal. duplex.  | 21    | Tetanus acutissimus morbus.         | 11        |
| Symptomata varia à capitibus vulnera-  |       | Tetatus quando fit.                 | 12        |
| re.  | 4     | Tonus quid ex Aretæo.               | 12        |
| Symptomata constantia à materia  |       | V                                   |           |
| constanti.   | 23    | V Apor ad conuulsionem facit.       |           |
| Συνάγεσι & σύνηγεσι quid.  | 20    | Vbi sensus, ibi nō dubitandi locus. | 3         |
| Sincipite læso manus utraque con-  |       | Ventriculi laxitas unde?            | 13        |
| uellitur.  | 4     | Ventriculi ἔντεντος καὶ αὐτοῖς.     | 13        |
| Συστέλλεται καὶ συρρέεται.   | 9     | Vicina primū & maximè affi-         |           |
| T  |       | ciuntur.                            | 4, 17, 21 |
| T A mē duplex.   | 10    | Vomitio biliosa cerebro præcisō.    |           |
| Temperamentum in quo con-  |       | 18, 50, 51                          |           |
| sistit.  | 44    | Tριπλασία quid?                     | 13, 14    |
| Tensio dolorem facit.  | 5     | Vulnus est lethale dupliciter.      | 6         |
| Tensio partis duplex.  | 5     | Vulnere inflito capiti ex quā parte |           |
|  |       | vena secunda?                       | 41        |

F I N I S.

